 34 Familiaris dicitur multipliciter, & ratione familiaritatis, & seruitij.
 35 Familiaris, & domesticus Cardinalium, quoniam gaudent priuilegio cle. si. de celeb. missa. quod sufficit illis dicere officium eorum domini, & quid de familiaribus cuiuscumque qualitatis sint.
 36 Beneficiatus praeter actu beneficii, & officio dicendo debet se confirmare ecclesiae suae cathedrali.
 37 Reseruaciones sedis Apostolicae factae pro familiaribus Cardinalium, aut aliorum, de quibus intelligatur.
 38 Familiaris continuus, quis dicatur.
 39 Flumen dicitur perenne, licet in estate aliquando exaruerit.
 40 Aqua de caelo descendens, licet assidue, tamen dicitur habere causam perpetuam.
 41 Publicus non dicitur ille locus, per quem quandoque transit flumen publicus, sed ille per quem communiter transit, licet aliquoties alium, & priuatum inundauerit.
 42 Inundatio fluminis publici, non facit locum publicum, licet in illo inundatio se extendat.
 43 Familiaris, & commensalis alicuius Cardinalis, licet ad partes proprijs expensis aliquas accesserit animo redeundi, gaudet priuilegio familiae.
 44 Verba simpliciter prolata, ciuilitate sunt intelligenda.
 45 Iura iuribus concordare promptum est.
 46 Materia exorbitans a iure communi restringenda.
 47 Familiaris domesticus commensalis Cardinalis, aut Pontificis, potest se conformare in officio dicendo domino, licet uacat aliquoties negotijs proprijs animo tamen redeundi.
 48 Familiaris dicitur a famulatu.
 49 Domesticus dicitur quasi positus sub custodia domini.
 50 Domesticus largo modo, an dicatur familiaris.
 51 Priuilegium cle. si. de celeb. missa. militat pro duobus casibus tantum.
 52 Monachus transiens ad ecclesiam secularem, non tenetur dicere officium monachale.
 53 Monachus existens in seruitio Cardinalis, aut Episcopi in officio dicendo potest se conformare eius domino.
 54 Clericus transiens ad monasterium, siue perpetuo, siue ad tempus, tempore quo ibi remanebit, debet se conformare religiosus in officio dicendo.
 55 Papa dispensat circa officium diuinum, mutando illud etiam in monacho.

Orate

55 Orare septies est praecipit.
 56 Septem psalmi non sunt de praecipit.
 57 Papa dispensare potest super officio in parte remittendo: sed non in totum.
 58 Papa an possit dispensare contra substantialia monasterij, & quid super ceremonijs.
 59 Officiu diuinu dicendo, & cantando quis tenetur se conformare ecclesiae metropolitanae iuxta consuetudinem existentem in contrariu.
 60 Monachus de iure in cantando officio diuino, debet se conformare ecclesiae metropolitanae eius, nisi alias ex consuetudine, aut priuilegio.
 61 Familiaris commensalis Cardinalis, an habeatur pro praesente in loco beneficii: remissio.
 62 Officio de iure debent se conformare ecclesiae, in qua degunt, nisi ex priuilegio, aut consuetudine habeant contrarium.
 63 Princeps cum sit supra ius posituum, ex causa potest disponere contra illud.
 64 Clerici uel religiosi commensales domestici, & familiares episcoporum degentium in ecclesia propria, aut in alia qualibet possunt se conformare in officio dicendo eorum dominis.
 65 Religiosus, inuito abbate, non potest esse in seruitio episcopi non diocesani, nec diocesani si abbas sit exemptus a iurisdictione illius: alia secus.
 66 Monachi in seruitio Cardinalium existentes, aut episcoporum, an possint se conformare dominis in cibis, sicut in diuino officio dicendo.
 67 Catalani licite comedunt carnes die sabbati intra patriam: secus quando sunt extra.
 68 Extranei existentes in Catalonia licite comedunt carnes in die sabbati, nisi essent astricti uoto, uel obseruantia regulari.
 69 Papa potest tollere in totum officium diuinum: sed non potest teneatur quisque laudare Deum.
 70 Cubicularij episcoporum, qui dicantur.
 71 Familiares, domestici, aut commensales episcoporum in dicendo officio diuino possunt se conformare domino eorum, siue dicant illud cum eo, siue separatim.
 72 Beneficiatus dicens officium Romanum, non excusatur: cum teneatur dicere officium, quod in loco beneficii dicitur communiter, nisi in aliquibus casibus.
 73 Familiaris domesticus, & commensalis Cardinalis, aut episcopi excusatur dicendo officium, quod eius dominus tenebatur dicere: licet dominus de facto nullum dicat, aut aliud quam quod tenebatur dicere, dicat.
 74 Dicere, uel debere dicere, paria sunt.
 75 Ecclesia parochialis non desinit esse parochialis, licet de praesenti non habeat parochianos.
 76 Religiosa aliquo casu existens familiaris domestica episcoporum, et commensalis in diuino officio dicendo, potest se conformare suo domino.
 77 Legatus de latere dicitur, si est Cardinalis: alia non.
 78 Familiaris, domesticus, commensalis legati Apostolici de non latere, non excusatur dicendo diuinum officium eius domini, cum aliud teneatur alias dicere de iure communi.
 79 Legatus de non latere, licet in aliquibus equiparentur ordinario, ita quod morte mandantis non extinguitur eorum potestas, non tamen equiparantur in omnibus.
 80 Familiaris legati Apostolici, an debeant gaudere priuilegio, quo gaudent debet & familiaris Papae, aut episcopi.
 81 Archiepiscopus non plus iuris habet, quam episcopus: nisi in casibus expressis a iure.
 82 Residens cum Archiepiscopo, an habeatur pro praesente in loco beneficii.
 83 Beneficiatus in pluribus beneficijs diuinum officium quomodo debeat dicere, & quid si in nullo residet.

DIGNVM. In praeced. cle. auctor dixit de diuino officio per clericos deuote dicendo, & psallendo: hic dicit, quale officium sit dicendum: nam quilibet tenetur dicere officium, uel monachale, si sit monachus, uel seculare, si sit seculares. Fallit si sunt familiares, domestici, commensales Cardinalium Romanae ecclesiae, uel alicuius Pontificis: nam tunc praeter omittunt proprium, & dicere illud, quod dicitur illi Cardinali, uel Pontifici, cum quibus existunt. Diuide in duas partes. In prima ponitur casus seu ratio statui. Secundo ipsum statutum. secunda ibi ut illud. Casus. Domestici familiares Cardinalium, & antistiti, et religiosi illorum dicentes officium, liberant ab alio quocumque dicendo. h. d. Nota prima, qd digna statui sunt ad statum redigenda. Concordat. l. digra. C. de legi. Non ob. l. non praeter. ff. de legib. ubi omnia digna

statui, non rediguntur in statum, redigunt si possibile est: nam omnia non praeter redigi, et cum plura sint negotia, uel uocabula. vt. l. natura. ff. de praescriptis ver. & tunc de similib. ad similia iudicatur, ut in 3. No. scd. q. q. appellacione clericorum comprehenduntur religiosi. Concordat. c. duo. 1. 2. q. j. Nam ista dictio, alij, hic posita, quae est implicatiua. vt. l. quida. & ibi no. ff. de reb. dub. hoc clare probat. Nec ob. c. licet. de off. ordi. ubi religiosi ponuntur, ut praeter differentes a clericis: quia ibi addit, secularibus, non religiosi differunt a clericis secularibus. Per qd patet, qd ipsi religiosi sunt clerici, non seculares, sed clerici regulares. Et sic intelligo c. cum pastoris vita. 2. q. 7. ubi simpliciter dicitur de clericis, & de monachis: tunc. n. sumunt, praeter differentes praeter monachis: & sic ibi accipiunt, ut praeter, hic autem, ut genus. No. tertio, qd ratione domesticae familiaritatis, quae largiuntur, quae alia denegantur, seu quaedam liceat, quae alia prohibent. Concordat. l. domestici. C. de domesti. & praeter lib. 1. 2. ubi domestici principum praeter licentiam osculandi vicarios praefecti praetorio, non autem alij. Concordat. c. sicut. de ver. sig. in 6. & c. si uere. de snia exc. ubi ratione societatis tolerat excusatus: Non ob. l. familiares. C. de assefforibus. ubi ubi domestici commensales iudicantur lege communi: quia illud in delictis, & circa prohibita, quia delicta: secus in alijs. ubi dicit, qd illud locum habet in domesticis inferioribus a principe, secus autem in domesticis principibus, ut d. l. domestici. & Cardinalium, qui sunt pars corporis principis. vt. l. quicumque. C. ad legem Iuliam maie. & c. felices. de penis. in 6. ac etiam Pontificum: qui fratres sunt Papae, & in parte sollicitudinis sunt uocati. c. ad honorem. de usu pal. & dictum fuit supra in praemio huius compilationis. Nec obstat. l. etiam. C. de testi. ubi ratione domesticitatis prohibetur testificatio, quae licita est de iure communi: quia ibi domesticitas est causa sufficiens ad prohibendum propter suspicionem praesumptam: hic autem est causa sufficiens ad concedendum alias prohibitum propter excellentiam, tam grandis dignitatis. Et sic alia ratio diuersum ius statuit. l. interpositas. C. de transact. Nota quarto, qd appellacione Cardinalium simpliciter prolatorum, non ueniunt Cardinales Romanae curiae, nisi hoc dicat. Concordat clem. Romani. §. si. de iure iur. & clem. ne Romani. §. de electio. & c. vniuerso. de schisma. in 6. cum simili. sic hoc ideo: quia canonici ecclesiae Compustellanae uocantur Cardinales, & canonici ecclesiae Rauennatis dicitur gl. & no. 32. qone. 2. c. pudor: ubi dicitur, quod in descriptum uocatur Cardinalis Rauennatis. Quod bene facit ad propositum nostrum de Cardinali Rauennate, qui ad Romam rediit, ut iterum esset Cardinalis, sed primo fuit B. nunc uero Perrini. Nec obstat arg. l. eum qui uestigal. ff. de uerb. sign. ubi appellacione Reipublicae simpliciter prolata comprehenditur solum Respublica Romana per excellentiam, licet aliae ciuitates similiter habere dicantur Respublicas, ut l. fin. C. de sacrosan. eccl. & facit in simili. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager uect. uel emph. ubi appellacione dominij simpliciter prolata, intelligitur de directo, non de alio: quia secundum materiam subiectam, hoc debet intelligi: nam si in ciuitate Compustellana, uel Rauennate aliquis legaret, uel donaret simpliciter Cardinali illius ciuitatis. argum. l. que conditio. §. fin. ff. de conditio. & demonstr. & eorum quae not. Cy. in l. j. in v. q. C. de sacrosan. eccl. & facit. l. nulli. C. de Episc. & cle. Si autem hic fieret tale legatum, uel donatio utique intelligeretur de Cardinalibus Romanae curiae. Idem ubi essent alique coniecturae, ut plus, seu potius de illis, quam de istis, uel econtra creditur praedictum uel intellectum. arg. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de leg. j. & solet dici in l. duo sunt Titij. ff. de testa. tu. In dubio autem ceteris paribus ueniunt isti Romanae Ecclesiae propter excellentiam. arg. c. si a sede. de praeb. in 6. & c. per tuas. de maio. & obediens. Nec obstat c. ij. de off. Archiepiscoporum: ubi appellacione Cardinalis simpliciter prolata, non intelligitur Cardinalis Romanae Ecclesiae: quia ibi sumitur Cardinalis pro principalitate ministrorum, seu sacerdotum Ecclesiae. Et ideo intelligitur in ecclesia, de qua agitur. ubi ubi principalis minister, seu Sacerdotes ecclesiae Auinionis, uel alterius ciuitatis dici possunt Cardinales a cardine: quia sicut ostium uoluitur, & regitur in cardine: & huiusmodi ecclesiae reguntur in istis ministris, ut ibi nota. Eo dem modo ministri Romanae ecclesiae post Papam, sunt Cardinales eiusdem: hic autem sumitur Cardinalis pro dignitate. Et dicitur a Cardinalatu, quae est dignitas, sicut decanus a decanatu, & his similia.

21 Nota quinto, qd appellacione Pontificum, non includuntur per sedem Apostolicam electi, uel confirmati, & sic solum consecrati includuntur. Idem no. in cle. si quis in iij. gl. j. de penis. qd sicut appellacione Archiepiscoporum includuntur solum palliati,

23 non autem consecrati, nondum tamen pallio suscepto: quia in pallio conferitur plenitudo Pontificalis officij. c. nisi. de usu pallij.
 24 Nec ob. c. transmissam. de elec. ubi per sedem Apostolicam electus, uel confirmatus tñ potest, quantum consecratus: quia illud tñ in his, quæ sunt iurisdictionis, ut ibi dicitur. Præterea, licet tñ possit, non tamen Pontifex est, nec Ep̄s ante consecrationem.
 26 ut c. inter corporalia. de translat. Et ideo ad priuilegium concessum Pontifici, non admittitur non consecratus, ut hic secundū gl. & benè: quia ea, quæ à iure communi deuiant, sunt restringenda, non laxanda, ut l. constitutionibus. ff. ad mun. licet possit dici, quod non est priuilegium, sed ius speciale. not. Host. d. c. cum dilectus. de cler. non resid. Pro quo bene facit l. signata. C. de fabricen. lib. xj. & l. ex eo tempore. ff. de testam. mil. ubi quis non est miles, nec beneficio gaudet militari, licet sit electus, nisi postquam fuerit in numeros relatus, hoc est stigmatibus, i. notis publicis in brachijs infixis signatus, ut sic tantum operetur consecratio, quæ fit sacro Chrismate, & est sacrum Chrisma, quantum operatur nota publica, quæ fit in brachio, ferro candente, uocata stigma prophatum, ut d. l. stigma prophatum. In contrarium faciunt: quia priuilegium datum uxori pro dote recuperanda, extenditur ad dotem datam per sponsam, quæ nondum uxor est, ut l. ij. si sponsa. ff. de priuile. cred. & per illam l. & sibi similes Stephanus tenebat: contrarium eius tenet gl. sed non benè: quia ratio priuilegij concessi pro uera dote, habet locum in quasi dote. arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. At ista ratio adducitur solum ad Ep̄m, & sic non extenditur ad confirmatum: qui non habet tantam dignitatem, nec potestatem, sicut Episcopus, ut supra iura allegata. & eodem modo responde ad l. lex Iulia. ff. de fundo. allegata per Stephanum. Nec ob. q. no. in clem. & si principalis. in 4. glo. s. de rescrip. per quod dicit hic Io. in add. quod istud dubium eget declaratione: quoniam ibi ratio, quæ assignatur in officiali Episcopi, habet locum in officiali confirmati: nam uterque habet iurisdictionem ordinariam, & plenam: sic Episcopus electus confirmatus in his, quæ sunt iurisdictionis, ut d. c. transmissam. hic autem est ratio diuersa. No. sexto, quod Episcopus non gaudet beneficio, uel priuilegio Episcopali, nec familiares eius, nisi habeat comitem sedis Apostolicæ, hoc est, ut non sit hæreticus, uel schismaticus, uel excommunicatus, aut suspensus. Concordat c. ueniens. de preser. Nec ob. ix. q. j. c. & capitulo ordinationes: ubi ordinationes factæ hæreticis, & schismaticis ualent: quia illud est uerum, quo ad susceptionem ordinum, non autem quo ad executionem. & no. in c. quod sedem. de off. ord. No. septimo, quod isto beneficio gaudent hi domestici commensales: & non dicitur, an sint, uel non, familiares, hoc est ad seruitiū deputati constituta mercede. Concordat l. etiam. C. de testib. ubi testimonium domestici reprobat, non distinguendo, an sit familiaris, uel nō familiaris. Nec ob. c. h. de uerb. sign. in 6. ubi dicitur de domesticis commensalibus familiaribus: quia ista debet intelligi secundum illam: quæ nam familiaris sumitur quæque pro quadam specialitate, seu singularitate notitiæ, sicut nos dicim⁹. Talis est sibi familiaris multū, hoc est benè domesticus: & istud hic non sufficeret. Aliquā familiaritas, & familiaris sumit pp seruitiū: quia deputatus est in domo dñi ad aliquod seruitiū. Et ob hoc ibidem recipit uictum in mensa. Et istud puto, quod sufficeret, quod non deberet aliquod præmium, uel aliquam mercedem ob hoc quantam recipere: nam non potest negari, quin sit familiaris à famulatu, hoc est à seruitio, & et expensis dñi: secus ergo, ubi esset familiaris certa mercede constituta pro seruitio, sed non haberet uictum in mensa: tunc licet sit familiaris, & domesticus, non tñ est commensalis, & sic contentus debet esse lucro, cui inhiat. arg. c. si. de vita, & hon. cle. & not. in simili Host. in c. cum dilectus. de cler. non resid. ubi autem propter Deum, aut aliquam singularem amicitiam teneretur in domo expensis contentus dñi, non deputatus ad aliquod officium, uel seruitiū: tunc licet sit domesticus, & commensalis, non tñ familiaris: & sic non videtur, quod gauderet hoc beneficio. Et sit ratio: quia quoniam est deputatus ad seruitiū, tunc se habet ad dñm uelut accessorium ad suū principatē. Sufficit ergo, quod dicat officium, quod dicit dominus. arg. 36 regulæ, accessorium de reg. iur. & l. j. c. de Ep̄. & cler. Pro quo facit: quia quilibet beneficiatus debet se conformare in officio suo dicendo Ecclesiæ suæ cathedrali, ut puta matrici & principali domini, cui subest, uel saltem metropolitanæ, ut c. de his. xij. dist. in. At quando non est deputatus ad seruitiū, tunc non habetur ad accessorium. Et sic ideo non potest se coaptare officio diuino, quod dicitur per dominum: sibi enim sufficit, quod expensis dñi pro-

pter Deum comedat, uel ex alia causa. argum. l. tutori. C. de neg. gest. Et ista faciunt ad Apostolicas reservationes beneficiorum familiarium commensalium continuorum Cardinalium, ut intelligantur solum de existentibus in seruitio Cardinalium expensis eorum continuè, non autem si forsitan continuè comedant, ut domestici, sed non erant familiares à famulatu. ut quemadmodum familiaris continuus dicitur ille, qui cōiter, & ut plurimum seruit domino, & comedit expensis domini, licet quæque uacet in negotijs proprijs, uel non comedat expensis domini. arg. l. j. s. ff. de sum. 39 ubi dicitur, quod flumen non ideo minus dicitur perenne, quod aliqua ætate exaruit. arg. l. foramen. ff. de seru. arb. præd. ubi dicitur, quod id quod de celo cadit, sicut est aqua, licet assidue cadat, tamen non dicitur hanc causam perpetuam, & continuam: ita familiaris continuus, non dicitur ille, qui cōiter, & ut plurimum non seruit domino, nec comedit expensis domini, quæ interdum seruiat, & comedit expensis domini. ar. l. j. s. si fossa. ff. de sum. ubi non est publicus locus, in quem transit flumen publicus, sed dicitur flumen publicus, uel locus publicus, ex quo cōiter, & ut plurimum transit per locum illum: non enim est tunc alius mutatio, per quam efficitur locus nouus, flumen publicus, uel locus publicus: sed est terra, uel loci illius inundatio, per quam non efficitur locus publicus, facit. ex his. & l. nam ad ea. ff. de legi. & l. si seruis plurius. §. j. ff. de leg. j. & l. uel uniuersorum. ff. de pign. act. cum si. In primo autem familiari continuo commensali, qui ad partes recessit, nec mutatur nomen officij, quod habebat, sed ut talem publicè se uocabat, & ab alijs reputabatur, quod non esset in expensis tunc Cardinalis, credere durare familiaritatem, si animum habuit redeundi. ar. l. quæ si tum. ff. de leg. ij. & l. nihil. ff. de cap. alijs non: quia tunc cessat causa reservationis. arg. eorum, quæ no. in c. licet. in gl. sed non quod de elec. in 6. licet ergo in hac cle. dicitur solum de domesticis commensalibus, tamen subintelliguntur alia duo, uidelicet quod sint familiares ratione famulatus, & sint continuè, hoc est communitati, & ut plurimum: per d. c. sicut. de uerb. sig. in 6. quia ubi uerba sunt intelligenda simpliciter prolata, ut habeant sensum ciuilem. l. si cui. ff. de serui. promptum est enim iura iurib. concordare, ut l. unaz. C. de inoff. do. c. cum expediat. de elec. in 6. ubi maxime in hac materia, quæ derogat iuri communi. ar. l. qui quid astringendæ. ff. de uerb. obli. & l. cum quidam. ff. de lib. & posth. quibus quæ sunt, ut per to, quod familiaris domesticus continuus commensalis gaudeat beneficio huius cle. etiam alijs temporibus, quibus uacat negotijs proprijs, cum (ut dixi) non propterea minus est familiaris priuilegius commensalis si tamen absentauerit se animo redeundi. Itē et puto, quod licet omnis domesticus, quod tñ omnis familiaris à famulatu censetur domesticus quasi sub domini positus custodia. ubi uel largo modo omnis domesticus potest dici familiaris: uel sumitur hic domesticus largè, ut comprehendatur familiaris à famulatu, pro quo l. pronuntiato. §. seruientium. & l. familiaris. in prin. ff. de uerb. sign. & l. pen. C. qui accu. non poss. Not. septimo, quod istud priuilegium, non conceditur solum in duobus casibus. Vnus, pro seruitio Cardinalis, alius est pro seruitio continuo Episcoporum. Nec ob. c. illa. xij. dist. ubi quisque in casibus licitis se conformare tenetur moribus illorum, inter quos conuerfatur, & sic etiam tenetur seruare morem ecclesiæ, ut sic loci, ad quem declinat. Et ideo si monachus transeat ad ecclesiā secularem, non tenetur dicere officium monachale, ut not. in c. de monachis. xvj. q. j. & Goff. idem uoluit in summa de sta. mon. §. sed nunquid talis. quia illud est, ne sit scandalum cuius, ut ibi no. & patet in d. c. illa. Et quia cum sit minister ecclesiæ, ad quam transit, debet se conformare in diuini officio illius ecclesiæ. arg. huius clem. At hic solum loquitur, quando monachus non transit ad ministerium alicuius ecclesiæ, sed personæ pp cuius excellentem prerogatiuam indultum est, ut se possit conformare officio illius personæ. Et ex hoc colligitur unam diuini officij transiens ad ministerium ecclesiæ secularis tenetur ex debito dicere officium in illa ecclesia solitū, ut not. d. cap. de monachis. Transiens autem ad seruitium Cardinalis, uel Ep̄i potest, si uult, non autem arctatur, ut hic patet: nam alio casu esset scandalum, isto non, si diceret officium monachale. & per hoc est expedita gl. pen. huius cle. licet aliter senserit: quod nam siue ad ministerium ecclesiæ secularis tranferat religiosus, & sit ibi perpetuo, siue ad tempus, tenetur illud officium obseruare, quod ibi erit, cum ubiq; subsit eadem ratio, licet gloss. ista contrarium innuat: eodem modo siue religiosus clericus transeat ad seruitium Cardinalis, uel Ep̄i, ut secum sit perpetuo, siue ad tps certum, habet locum istud priuilegium, quod audi erit in seruitio. argum. l. adigere

adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. Eodem modo clericus secularis, qui transeat ad ministerium ecclesiæ regularis perpetuo, uel ad tps abique eo, quod mutet statum, tenetur dicere officium regulare, & non seculare, quod ibi ibidem erit, ne sit scandalum. Similiter si secularis clericus transeat ad seruitium Ep̄i religiosi, qui dicit officium regulare, potest, si uult, dicere illud officium regulare, & liberatur dicendo illud seruitio durante. arg. l. illud. ff. ad le. Aquil. cum si. Nota octauo, quod Papa dispensat circa officium diuini quia monachus astrictum uero officio, potest liberare iniungendo, ut loco illius dicat aliud. etiam concordat no. Inn. in c. dolentibus. eo. tit. qui tenet, quod licet sit præceptum, ut septies orecur, ut c. j. eo. tit. & dixi in cle. præced. quod non tñ, quod dicantur certi psalmi. Et ideo una ecclesia dicit certos psalmos, & alia alios, quod & Papa hic dispensat, non à toto, sed à tali, sicut & aliàs à tanto, ut cle. ne in agro. §. sane. & ibi dixi §. de sta. mona. Nec ob. c. cum ad monasterium. in fi. eo. tit. ubi Papa non potest dispensare contra ea, quæ sunt annexa regulæ monachali, & sic non potest officium monachale, quod est annexum regulæ monachali: quia ibi loquitur de substantialibus loci, seu possessionis, non autem de alijs accessorijs, uel ceremonijs, aut obseruantijs. arg. c. proposuit. de concess. præ. Conclude, quod secundum Genz. quod quilibet in dicendo, & cantando diuinum officium debet seruare morem ecclesiæ metropolitane sue, ut c. de his. xij. dist. nisi specialis consueudo sit alia, uel contraria, ut c. ij. de ferijs. Adde quod monasteria omnia licet ad uoluntatem Abbatis sint regenda, quo ad regulas uiuendi, non tamen, quo ad regulas cantandi: ut no. in d. c. de his. de facto tamen seruatur contra d. c. de his. forsitan procedit ex consuetudine, uel ex indulto Apostolico, & exemptione eis communiter concessa. Ratio impulsua fuit not. Host. in c. cum dilectus. de cle. non resid. ubi tenebat, quod familiaris commensalis Cardinalis habebatur pro præfente in loco beneficii sui, & sic percipiebat fructus beneficii existens in seruitio Cardinalis, quemadmodum existens in seruitio Papæ, per d. c. cum dilectus. uel in seruitio sui Ep̄i, ut c. de cetero. eo. tit. Et ideo secundum eum, talis erat consuetudo curiæ, imò & super hoc specialis constitutio fuerit promulgata. Vnde sumpta occasione, ut procedatur de similibus ad similia, hæc constitutio emanauit. Ratio dubitandi fuit: quia clericus, tam secularis, quod religiosus, est adeo astrictus officio diuino, ut illud dicere debebat in morem ecclesiæ in qua degit, ut c. ij. de ferijs. & c. de his. xij. dist. Et maxime religiosus, qui ex obseruantia regulari tenetur dicere officium monachale. Vnde familiaritas huiusmodi superueniens, quod non liberet eum. arg. c. ij. de obseruantia. iei. & quia ubique transit taliter astrictus cum suo onere, quod est persona, & personam sequitur quocumque gerit. argum. l. ij. in prin. & quod ibi no. ff. pro soc. & l. de his. C. de Ep̄. & cler. Ratio decidendi fuit, quæ ponitur hic in principio: nam sic statuere fuit congruum, & dignum, uidelicet attempta prerogatiua dignitatis Cardinalis, & Pontificalis. Non obstant alleg. in contrarium: quia locum habent de iuris rigore: quod contra quem ex causa maxime potest Princeps ipse, qui supra ius est, disponere, ut c. proposuit. de concess. præben. Et ideo sit ratio: quia cum deceat Cardinales, & Pontifices habere tales personas in cubicularijs, ut c. cum pastoris. ij. q. vij. & etiam in alijs officijs: merito fuit eis prouidentum. Et ex hoc colligitur ista congruitas, de qua in text. Conclude, quod ista cle. propter signum uniuersale, Quorumcumque, in eapositione, locum habet tam in Pontificalibus stantibus in curia, quod in proprijs ecclesijs, aut extra, & tam in clericis, aut religiosis domesticis commensalibus, tam priorum Episcoporum, quod alienorum subditorum, uel non subditorum: hoc tamen saluo, quod quia religiosus non potest esse sine licentia Abbatis in seruitio Ep̄i non sui diocesanus, uel diocesanus, à cuius iurisdictione erat Abbas cum suo monasterio exemptus, ut cle. ne in agro. §. quia uero. de sta. mona. aliàs ipse diocesanus possit monachum sibi subditum, etiam Abbatem renitente, tenere in suo seruitio, & sic extra suum monasterium. Quod est uerum, quando monachus esset profectus: nam tunc, ut proficeret, & sanctificaret exterioris stans domesticus commensalis possit admitti, ut in seruitio Ep̄i sui extra claustrum, sicut quando præficiatur ecclesiæ seculari: aliàs claustrum exire non debet, ut not. ij. q. vij. cap. cum pastoris uita. Conclude, secundum Pau. quod clem. ista cum habet per extensionem ratione identitatis causæ statuendi etiam in cibis, ut quem admodum religiosi domestici commensales se conformant Cardinalibus, & Pontificibus in diuinis, ita & in cibis: nisi uoto speciali, aut ex obseruantia regulari teneantur abstinere ab huius-

modi cibis. Et hac ratione, ut puto, gl. hic dicit quod monachis ualde placuisset, si huic constitutioni de diuinis officijs addidisset de cibis: nam cum ab esu carniū nonnulli ex eis abstinent, ut sunt Carulien. & alij plures, non fiet extensio ad eos, quo ad cibaria: nam licet ad officium monachale teneantur ex obseruantia regulari, considerato, quod aliud officium loco monachalis dicere potest, & utrunque est licitum: quæ ratio cessat in cibis: nam si religiosus, qui ex obseruantia regulari debet abstinere à carnibus, comedet carnes, frangeret in totum obseruantiam regularem comedendo per illam prohibita: & eodem modo, si uoto speciali teneatur dicere certum officium, illud dimittere non posset beneficio huius constitutionis, quæ solum loquitur de astricto de iure communi ad officium dicendum. Ratio ordinis suscepti, uel beneficii collati, aut religionis professæ. Pro quo facit in unam lecturam. l. si tulas. §. si. ff. de contrah. emp. ubi obligans se ad in solutum, teneatur ad promissum. Conclude, in Guil. quod Catalani, licet licet comedant carnes in Catalonia die Sabbati, propter generalem obseruantiam illius patriæ, tñ existentes extra Catalonia licet non comederent. Similiter extranei dum sunt in Catalonia licet possint ibidem comedere carnes in die Sabbati, ut moribus patriæ se conformant, ne sit illis in scandalum, ut c. illa. xij. dist. Nisi essent astricti uoto vel obseruantia regulari ad abstinentia carniū in illa die, argu. c. ij. de obseruantia. iei. Conclude, in Guil. quod Papa licet dispenset super tanto, non tamen potest super toto: & sic nec potest in totum liberare clericum ab officio diuino dicendo: quod ego puto, quod immo potest: quia istud, quod uocamus diuinum officium, est statutum per Romanos Pontifices, & alias ecclesias, & est uere positum, & id illud in totum tollit, si uult, per d. c. proposuit. Sed quod non teneatur laudare Deum, & reddere sibi fructum laborum suorum, credo quod non possit: quia hoc est uinculum à natura constitutum fauore creationis, ut recognoscat creatorem suum. Vñ Vicarius eius non potest tollere: quia per hoc uideretur eum liberare à iure superioritatis, cui est astrictus. arg. l. comperit. C. de prescri. 30. ann. & c. cum ex officij. de 70 prescrip. cum si. Conclude, quod cum ista clem. loquatur generaliter de domesticis commensalibus, includuntur omnes domestici familiares, siue dicat officium simul cum D. Cardinali, uel Pontifice, ut cubicularij, siue etiam non dicant cum dño officium, sed per se, uel cum quocumque alio, & etiam siue dicant intra domum domini, siue extra. arg. l. de pretio. ff. de puble. eod. modo multo magis licentia huius concessa uel domesticis commensalibus. Pape. arg. Auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. iun. c. l. digna uox. C. de legi. l. ex nuper facto. C. de testam. Conclude, secundum Stephanum, quod clericus, qui tenetur dicere officium, quod beneficium suum secundum diocesim, uel prouinciā suam, in qua statutum est, non excusatur dicendo officium Romanæ curiæ: quoniam à proprio officio nemo excusatur, nisi in casu in hac clem. positio, & in casu suæ translationis ad illud beneficium in gl. pen. hic notato, & in casu, quo dicendo officium proprium oritur scandalum. ar. xij. dist. c. illa. in Pau. Fallit quoniam non est constitutum in diocesi, uel prouincia dici certum officium: ex eo quia dicitur diuersa officia, tunc liberatur si uult dicendo officium Romanum: nam deficiente obseruatiua particulari seruanda est Romana, ut no. j. dist. c. p̄tudo. Conclude, quod ista cle. locum habet, et si Cardinalis, uel Ep̄s, cum quo iste domesticus commensalis in habitat, non dicat de facto aliquod officium, uel dicat propria auctoritate aliud officium ad quod non tenetur, & dimittat illud, ad quod tenetur: nam hic domesticus commensalis liberatur dicendo officium, quod dicere 74 tenebatur talis Cardinalis, uel Episcopus. Sunt. n. hæc paria ipsum dicere, quod debet, uel dicere debere. arg. l. q. te. si. si cer. pe. ubi hæc æquiparantur scire uel scire debere: ubi ergo nullum officium dicit, hñ, quo ad domesticum commensalem, ac si diceret. Pro quo facit: quia (ut dixi) gaudet hic indulto domesticus commensalis, quod non dicat officium cum dño suo, sed per se uel cum alio. Facit etiam, quia huius actualis cessatio, non alterat rei naturam, nec iuris super huius statuti dispositionem, sicut dicimus de ecclesia, eam non desinit esse parochialis, licet non habeat de p̄tū parochianos. arg. d. l. j. s. ff. de sum. Et ideo in tali ecclesia. in quorundam opt. hñt locum dispositio. c. licet. & c. commissa. de elec. in vj. & c. si Apostolica. de præb. e. l. licet alij. Item ubi dicit aliud, quod dicere debet, & dimittit dicere illud ad quod tenetur, non attenditur quod dicit: sed illud quod dicere debet. arg. l. sed licet. ff. de off. præf. & l. nemo. C. de sen. tit. generali. cum si. Conclude, quod ista clem. cum non distinguit inter sexum, si aliquo casu aliqua

aliqua canonica, de quib. in cle. attendentes. s. de sta. mona. vel religiofa effect licite domestica cõmensalis Cardinalis, vel alicuius epi ex dispensatione Papæ, vel aliter cessante oĩ sinistra suspicio ne. ceter. c. periculofo. de sta. reg. in 6. qd liberaret dicendo officiu dñi ab officio, ad qd teneret ex obseruantia regulari, vel suæ pofsessionis, aut ordinis. arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. iuncta decre. mulieres. de fent. excõ. & l. si quis id qd. ff. de iurisd. om. iud. & l. j. c. ubi no. ff. de verb. sig. ¶ Conclude, qd legatus sedis Apostolicæ, qui non est de latere, & sic nõ est Cardinalis, vt c. si abbatẽ. & ibi 77 no. de elect. in 6. ¶ non est tantæ præminentie, ut domestici cõ- 78 no. de elect. in 6. ¶ non est tantæ præminentie, ut domestici cõ- 79 menfales ipsius gaudere debeant hoc indulto: ¶ nam licet æquiparentur ordinarijs, quo ad hoc, ut habeant iurisdõnem ordinariã, non tñ expire eorum potestas morte mittentis, ut c. ij. de off. leg. in 6. non tñ, quo ad oĩa æquiparantur, nec sunt propterea Cardinales, aut Episcopi. Vñ absonum esset, qd gaudent hoc indulto familiares commenfales ipsius: nam de ipsius legatis ita potuit autor facere mentionem, sicut de Pontificibus, si uoluisset. arg. c. ad audientiam. de deci. & l. vna. §. sin aut ad deficientes. C. de cad. toll. & quia non fecit, in eis ius cõe seruare uoluit, arg. l. cum prætor. in prin. ff. de iud. & l. in agris. ff. de acq. re. do. & c. sane. de priuileg. si. 80 Nec ob. no. Hof. in c. cum dilectus. de cler. non ref. ¶ Vbi tenet, qd familiaris legati eadem rone debet gaudere bñficio illius de cr. cum dilectus. & de cetero, quo gaudet familiaris Papæ, uel Epi. arg. c. officij. de off. leg. in 6. & rñdeo ad c. sane. de priuileg. quia illud de priuilegio, quod est odiosum: istud in iure specialij, quod est fauorabile, & cui debet participare legatus eadem rone, quæ & Papa, uel Eps. arg. c. tua. de consecr. & l. illud. ff. ad l. Aquil. nam illud dictum haberet in dubio locum in legato Cardinalis: tñ quia puto, qd Hof. fenserit in alio legato. dicendum est aliud esse in hoc indulto, qd solùm fundatur super præmentia harum dignitatum, Cardinalatus uidelicet, & Pontificatus. Vñ alia non comprehenditur: at illud indultum de quo in d. c. cum dilectus. & c. de cetero. fundatur super seruitio. Papæ, uel Epi præfinito, per qd vñ exhibitum seruitium omnibus fidelibus: qñ seruit Papæ, uel Romanæ Ecclesiæ, ut faciunt protonotarij, & scriptores literarum iustitiar, & similes, uel hoibus diecesis, & ciuitatis, qd seruiunt Epi, & quia hæc rō habet locum in eo, qui seruit et legato non Cardinali quo ad prouinciam sibi commissam, ut dicat seruire omnibus de illa prouincia. Ideo idem ius in eo locum habet. ar. d. c. j. d. l. illud. & pro tanto dicebat Hof. in d. c. cum dilectus. in fi. quod refidens cum Archiepiscopo, non gaudebat illo indulto. ar. c. duo. & c. pastoralis. de off. ordin. ¶ Vbi Archieps non plus habet iuris, qd 21 Eps, nisi in casib. in iure expressis. ¶ Et quia in iure solùm dñ de familiaribus Epi, ut d. c. de cetero. non includet Archieps. Quod intelligo per suam prouinciam ultra suam ciuitatem, & diecesim Archiepiscopalem. Secus autem est in legato: qui plus habet, qd Archieps in prouincia sibi commissam, ut d. c. ij. de off. leg. in 6. Concludit de, qd beneficiatus pluribus beneficijs legitime, in quibus dñtur diuersimodè diuina officia, & tenetur dicere, dum est in aliquo illorum officium illius beneficij, ne sit scandalum: & quia ibi est. arg. d. c. cum illa. xij. distin. At ubi in neutro est, tunc puto qd sit in eius arbitrio, quod dicere malit. arg. l. plerique. ff. de iure dotium.

De baptismo, & eius effectu. Rubrica.

- 1 Sacramentum corporis Christi est excellentius ceteris, nec potest confici nisi per sacerdotem.
2 Sacerdos non potest quis esse, nisi sit baptizatus.
3 Baptismus est fundamentum omnium sacramentorum.
4 Baptismi maximus est effectus.
5 Baptismus collatus per non sacerdotem, non est reiterandus: etiam si sit laicus conferens.
6 Baptizare non debet laicus nisi tempore necessitatis: nec tunc cum solemnitate extrinseca.
7 Baptizando laicus sine necessitate, male facit: sed confert sacramentum: priuari tamen debet ex transgressione canonis.
8 Baptismus est triplex.
9 Baptizatum se credens sacerdos, cum non sit, conficiendo non conficit in veritate corpus Christi. prodest tamen sibi, & alijs.
10 Baptismi sacramentum, in quo consistat.
11 Sacramentum altaris, in quo.

¶ Q V I A. Missa, de qua dictum est in rub. præce. & quia sacm corporis Christi, ¶ q magis dignum, & excellentius præ ceteris

est, conficitur, ut c. nihil. de consec. dist. ij. non pot celebrari, nisi per sacerdotem &c. ¶ nec quis sacerdos esse pot, nisi fuerit baptizatus: qm baptismus, est fundamentum sacerdotale, & est ianua ad cetera sacramenta ecclesiastica, ut c. ueniens. de presb. nõ baptiz. ideo hic subiicit de baptismo. ¶ Et quia baptisni magnus est effectus: imò est maioris efficaciaz, q cetera, quo respectu dignus dñ præ ceteris: ut no. in d. c. nihil. est magis necessarius. Ideo additur, & de eius effectu Hof. uerò in summa aliter continuat, uidelicet cum baptisimus generalis, confueuerit fieri cum celebratione missæ. Ideo post tractatum celebrationis missæ, subiicitur tractatus baptisni. Hoc autem nõ vñ bene dictum: quia eadem ratione deberet hic tractari de coniugio, quod fieri solet cum celebratione Missæ. Inn. uerò super rub. co. tit. vñ latenter sic continuat: quia sicut missa celebrari, & corpus nequit confici nisi a sacerdote: ita nec baptisimus conferri debet secluso necessitatis casu, nisi a sacerdote, ut c. si diaconus. 81. di. Ideo iste tractatus baptisni subiicitur post præcedentem: sed non placet, quia eadẽ rō hic deberet subiici de alijs, q non pnt expleri, nisi per sacerdotem, ut est, cõionem infirmis dare, ut c. qui sub gradu. l. dist. ¶ Præterea, & baptisimus collatus per non sacerdotem, non est reiterandus. de c. se. di. 4. c. constat. etiam si sit laicus, ut no. Inn. super d. rub. ¶ Et sic vñ, qd laicus, uel alius non sacerdos, non debet nisi casu necessitatis, & tunc cã necessitatis poterit etiam laicus baptizare absq. metu transgressiois: licet non possit baptizare cum solemnitate extrinseca: Im quam sacerdotes baptizant, ut not. cap. si diaconus: ¶ uerum si laicus extra casum necessitatis baptizet, licet male faciat, & ut contemptor tanti sacramenti possit puniri, tñ sacm baptisni fuit collatum, ex quo non reiteratur. Tene ergo continuationem, quam posui. ¶ Sciendum est et, qd triplex est baptisimus. s. fluminis, qui fit per aquam. Item & sanguinis, qui fit per martyrium. Item & flaminis, qui fit per fidem inuisibiliter, ubi cor interius baptizatur, ut c. debitum. de bap. & no. in c. Apostolicam. de presb. non bap. qd fides dupliciter pot contingere. Vno mō, qñ qd credit se esse baptizatum, & non est. Alio mō, qñ quis scit se non baptizatum, & baptizari appetit, & in hoc affectu morit, antequam potuit baptizari, ut accidit in Valentiniano, qui dum properaret ad baptisimum erga beatum Ambrosium in itinere decessit, ut refert gl. in c. Apostolicam. & ut ibi no. ¶ Credens se baptizatum, si sit ordinatus de facto sacerdos, non conficit in ueritate corpus Xpi, quia nõ est sacerdos: tñ quo ad se, & quo ad alios credentes conficit, & sibi & illis proficit, ac si uerum sacm pfecisset. ar. ad hoc 101. Barbarius. ff. de off. præ. Si queris, ¶ in quo consistat sacm baptisni: uide Inn. ibidẽ, qui ponit quatuor opin. Quarũ prima est, qd ipsa aqua abluens est sacm. Scda est, qd ipsa ablutio, seu ipsa extinctio aquæ, prout passio, est sacm; & huius snæ fuit Magister sentiarum. Tertia est, qd character, qui infunditur est ipsum sacm. ¶ Quarta est, & istam tenet Inn. ¶ qd sicut in sacro altaris sunt tria, uel quatuor, scilicet forma panis, & uini, quæ non est sacm, sed sacræ rei signũ, & ueritatis, uel uerum corpus, & sanguis Xpi, q est sacm, & res; Itẽ & uirtus. s. unitatis, & charitatis, q est res, & non sacm, ut c. cū Martiæ. §. distinguendum. de cele. miss. Ita in baptismo sunt tria, uidelicet aqua, & aquæ ablutio, prout est passio, & est ipsum sacm, hoc est sacræ rei signum. Item gratiæ infusio, & peccatorũ remissio, & est res sacramenti, & non sacramentum. Item, & character impressus in baptismo, & est sacramentum, ut res sacræ, q tñ est in baptismo aqua, uel ablutio aquæ, prout passio, quantum est forma panis, & uini in altaris sacramento. Item tñ in baptismo character infusus, quantum in altaris sacramento corpus, & sanguis Christi. Item tñ in baptismo gratiæ infusio, & peccatorum remissio, quæ sunt uirtus baptisni, quantum in altaris sacramento unitas, & charitas, quæ sunt uirtus sacramenti. Quid autem sit character, & quid operetur, uide ibi per Inn. &c.

- 1 Baptismi sacramentum, non est in domo priuata, sicut nec sunt cetera sacramenta agenda.
2 Spiritualia sunt agenda in Ecclesia, uel capellis ad hoc deputatis.
3 Confirmatio Episcoporum in Ecclesia est fienda.
4 Evangelium erat patehendum in locis publicis, & priuatis.
5 Oratorium habere est permissum in domo priuata causa ibi orandi deuotè, non autem ut ibi sacramenta ministrantur.
6 Loca omnia sunt priuata, nisi sint Ecclesie causa administrandi sacramenta, non aliã.
7 Via & itinera publica, dicuntur ubi deputantur ad usum publicum.

Baptismales

- 8 Baptismales fontes debent esse in ecclesijs, & non extra clausuram.
9 Cimiterium non dicitur in ecclesia.
10 Ecclesia uiolata, & c. cimiterium dicitur uiolatum.
11 Ecclesia polluta, an eius membra dicantur polluta.
12 Dignitatis ratione aliqua conceduntur, quæ non concederentur, nisi contrarium exprimitur.
13 Dignitatis prætextu in criminalib. an acrius quis debeat puniri.
14 Nobilitas, & necessitas æquiparantur.
15 Nobilitas, & literatura æquiparantur.
16 Argumentum de personis ad loca procedit.
17 Laicus qualiscunq. sit, tempore necessitatis potest baptizare.
18 Baptizare in quocunq. loco priuato permissum est tempore necessitatis.
19 Periculum non tuti accessus excusat, sicut & necessitas, cum pro illa habeatur.
20 Periculum mortis, aut captiuitatis excusat.
21 Agentes, & consentientes per præsentiam uerè, uel præsumptiuè pariter delinquunt.
22 Consentientes damnato facto habentur pro facientibus.
23 Consentientes non tenentur conditione furtiua: sed bene tenentur actione punitoria.
24 Consilij ratione an teneatur quis de furto, si nihilominus facturus erat furtum.
25 Præsentiam sui adhibens baptismo præstando in locis priuatis, nisi in casibus referuatis, licet non consuluerit, uel coadiuuerit tenetur ex tali præsentia, & punietur pena cle. vnic. de baptismo. an ex solo consilio teneatur, & quid ex societate sola.
26 Persuasor an teneatur ex persuasione, ubi persuasus aliàs erat facturus. Et quid quando non erat facturus.
27 Delinquens punitur pro delicto consummato, non aut pro inchoato, ubi agit ciuilitè ad penã applicandã parti. Quid in atrocioribus, & quid ad penam applicandam fisco, uel ad penam corporalem.
28 Baptismus administrato in locis priuatis, nisi in casibus referuatis, præsentiam præstans, castigari debet: agens præparatoria ad administrationem illius non castigatur.
29 Pena est arbitraria ubi pro delicto certa non imponitur.
30 Pena, quæ ex consuetudine imponitur habetur, ac si lege fuisset imposita: & tunc non potest imponi arbitrio iudicis.
31 Pena imponitur delicto, ut ceteri retrahantur à delinquendo, & quia delinquens meretur.
32 Baptismus licet in locis priuatis, nisi in casibus referuatis non debeat administrari, aliàs administrantes puniuntur: tamen sacramenti datio tenet tribus concurrentibus, uidelicet Materia, Intentione, & Forma: & sic non est reiterandus.
33 Factum licet penam non meretur.
34 Laicus prætextu delicti efficitur de foro ecclesie.
35 Laicus baptizans in domibus priuatis aliquem, nisi in casibus referuatis, debet puniri per Episcopum.
36 Baptizari faciunt Cardinales Romæ pueros mercatorum in domibus priuatis, & malè.
37 Baptismi substantia, aut forma non est ecclesia, uerum de intrinseca, secus est de extrinseca.
38 Baptismus de substantia requirit solùm uerba, et elemẽta cũ intentione.
39 Baptismales fontes sunt in ecclesia.
40 Baptismus est sacramentum constantius ad salutem.
41 Baptizans Episcopus, siue quilibet alius aliquem in loco priuato, nisi in casibus expressis à iure, debet castigari iuxta tex. cle. vnic. de baptismo.
42 Baptizare laicus potest in ecclesia tempore necessitatis non existente aliquo sacerdote, aut diacono.
43 Baptizari possunt filij non solùm Regum, sed & aliorum potentum in domibus priuatis, dum tamen comparentur Regibus.
44 Imperator maior est Rege.
45 Baptizari filij Ducũ, aut Marchionũ in domib. priuatis, an possint.
46 Baptizari non possunt filij Tyranni, licet potentissimi, in domibus priuatis.
47 Tyranni non sunt priuilegiandi, sed fugandi.
48 Tyrannus, licet sit Princeps de facto, de iure tñ non dñ Princeps.
49 Legata inutiliter relicta non consentunt confirmata per clausulam, quod legata simpliciter soluantur.
50 Dispensatio super pluralitate beneficiorum, intelligitur si canonice consecrantur.
51 Præsidentis appellatione, non uenit præfident de facto, & non de iure, nisi fauore studij.

- 52 Baptizari possunt filij Regum, & omnes alij descendentes usque in infinitum per lineam masculinam in domibus priuatis. & idem se per femininam lineam.
53 Restituere rogatus si sine liberis moriatur, non tenetur restituere si habeat descendentes ex filia.
54 Restituere rogatus si moriatur sine liberis, quando teneatur, & quando non, si moriatur relicta aliquibus ex linea femina.
55 Liberorum appellatione non includuntur regulariter alij descendentes, nisi constat de mente contraria.
56 Baptizari non possunt in domibus priuatis bastardi Regum, & Principum.
57 Bastardi sunt expertes dignitatis domus.
58 Bastardi, an includantur appellatione liberorum etiam in ultimis uoluntatibus ad excludendum substitutos.
59 Bastardi an comprehendantur appellatione liberorũ, quo ad honores.
60 Naturalis dicitur, & respectu naturalium, & legitimus respectu adoptiuorum.
61 Naturalis tantum filius reuerentiam patri eius naturali præstare tenetur.
62 Naturalis filius debet à patre alimentari.
63 Baptizans in domo priuata, nisi in casibus permissis, Episcopus potest punire si sunt eius subditi: secus de exemptis, nisi attentasent illud in loco non exempto.
64 Baptizans quem in ecclesia, in qua fontes baptismales non censentur ordinari, puniuntur pena cle. vnic. de baptis.
65 Baptizare, an sit permissum in ecclesijs, in quibus fontes baptismales dicuntur positi extra tamen fontes illarum ecclesiarum.
66 Baptizandi officium, quod in ecclesia aliqua exerceci potest, non proptere à ecclesia dicitur curata.
67 Baptizare laicus extra casum necessitatis an possit debita forma saltem seruata.
68 Baptizans, an teneatur instruere baptizandum, & an dicatur habere curam illius.
69 Baptizando presbyter, de quibus debeat se informare.
70 Baptizando quem laicus, an uideatur illi concedere sacramentum extra casum necessitatis.
71 Confessionem audire potest laicus in casu necessitatis, non tñ absoluit.
72 Confessionis auditio est cur. & species.
73 Baptizatus à non sacerdote iterum deferendus est ad proprium sacerdotem causa supplendi, si aliquid defecerit, aut de nouo baptizandi, si forma legitima non fuerit seruata.
74 Baptizare potest pater, & mater proprium filium tpe necessitatis.
75 Baptizatus paruulus, an obligetur ad omnes promissiones per patrum factas.
76 Baptizati conditio efficitur melior prætextu baptismi: quia liberatur à potestate diaboli.
77 Baptizare presbyter quem an possit sub conditione, ubi probabiliter dubitatur, an legitime fuerit baptizatus.
78 Baptizatus de nouo propter probabile dubium de priori baptismo, an recipiat characterem ex secundo.
79 Manumissio geminata libertatem geminam non inducit.
80 Baptismus tollit peccatum originale. Quid de actuali, & quo ad animam, & quo ad penam corporalem.

RAESENTI. Pro continuatione huius cle. ad præced. dic qd ibi laxat iuris cõis dispositio, quo ad officium dicendũ erga domesticos cõmensales Cardinales, & Pontificũ, hic erga liberos Regũ, & Principũ simpliciter, & ceteros in casu necessitatis, quo ad baptismũ. & sic ibi aliquid statuitur speciale in fauorem ecclesiasticæ dignitatis excellentis, ut sunt Cardinales, & Pontifices: hic et aliquid aliud speciale statuitur in fauorem dignitatis tpalis, & mundanæ, ut sunt Reges, & Principes. Diuide in tres partes. Primò ponit gnalis prohibitio. Scdõ exceptio duorum casuum. Tertio mandat fieri transgressorum punitio per diecesanum propriũ. Scdã ibi in fi. Tertio ibi: qui aut. Casus. Baptizantes alibi q in ecclesijs baptismalibus, per diecesanum castigari iubentur, excepta Regum, Principumq; prole, atque necessitatis casu. h. d. No. primò, ¶ qd sacm baptisni, non est in domo priuata, sicut nec sunt cetera sacramenta agenda ecclesiastica. concor. in Auth. ut in priua. do. sacra mysteria non fi. per totum. coll. 5. ¶ nam & spiritualia, ¶ sicut est Episcoporum confirmatio, fiunt in ecclesia uel capellis ad hoc deputatis, ut c. qua fronte. & ibi nota. de appellatio. & ideo nolui corãm Rege Aragonum ultimo defuncto secretè in sua camera corã suo consilio toto

filio toto Bartholomista pandere iustitiam dñi nri Papæ Clemētis in factō schismatice: quia nihil attulisset utilitatis, cū pro tunc essent inceduli: et in tñ Euangelium erat in publicis patefendū, non in locis priuatis, ut hic: sed uoluit licet primō hoc mihi committit, & sic recessit. Nec ob. in d. Auth. §. j. et ubi licet hñ oratorium in domo priuata: quia uerum est, ut ibi ore deuotē, non at ut ibi sacm ministrē. Nec ob. ista cle. ibi: nisi quia istud regulare, illud speciale in duobus casibus hic positus. No. scdō, et q oia loca sunt priuata, nisi sint ecclesiæ. 2. cor. d. Auth. ut in priu. do. &c.

7 Nec ob. l. ij. §. publici. ff. ne quid in lo. et ubi loca dñr publica, uia, & itera, & plura alia loca deputata ad usum publicum: quia rōne factōrum officendorum oia dñr priuata, nisi sint ecclesiæ, uel basilicæ, ut hic. Sed quo ad alia hñr deputata ad usum Reipublicæ pro locis publicis, ut in 3. No. tertio, et q fontes baptismales cē debent in ecclesiis, & tales dñr esse baptismales ecclesiæ, & sic uocant, & non extra. & sic nec extra clausuram, et sed essent prope, uel infra cēmiterium. 2. cor. l. j. §. in flumine. ff. ne quid in flum. pub.

10 Nec ob. c. vnicum. de psec. eccl. uel alt. lib. vj. et ubi uiolata ecclesiæ, censetur uiolatum cēmiterium: quia non propterea cēmiteriū censetur esse in ecclesia. et Et iō aliud est dicere pollutam esse ecclesiā: quia tunc intelligitur cum suis membris. Aliud est dicere pollutionē esse factam in ecclesiā: quia tūc non seq̄ cēmiteriū passū pollutionem. arg. l. ij. de uerb. sign. licet forsan effectus deriuetur a cēmiterium causa maioris timoris. No. quarto, et q rōne dignitatis aliquid conceditur, quod aliās denegatur. 2. cor. cle. §. proxi. & c. pastoralis. in prin. de off. deleg. ubi deferendum est dignitati.

Diocesanus in casu clem. vnice de sequest. pos. & fruc. an sit delegatus an ordinarius: & ab illo an sit appellandum ad Papam. ibidem. nu. 50
Diocesani tantum possunt admonere clericos ne exercent officium carnicum, macellariorum & c. cle. i. nu. 15. de uita & hone. cleri. 102
Diocesanus potest dare licentiam per totam diocesim aliquibus sacerdotibus administrare sacramenta parochianis cuiuslibet parochie: & idem per seipsum poterit administrare omnibus subditis. cle. i. nu. 31. de priuileg. 208

Sup. commen. Bonifa. de Vitalinijs in Clem.

Diocesis dicitur parochia episcopi. ibidem. nu. 32
Diocesani & Inquisitores Fidei possunt procedere contra omnes uentiles maleficijs, incantationibus, ac contra sustinentes sententiam excommunicationis. cle. ad nostram. nu. 113. de hereti. 195
Diocesanus potest monasteria non exempta autoritate propria exempta autoritate Apostolica visitare semel duntaxat in anno. cle. attendentes. S. hoc igitur. nu. 13. de statu mona. 154
Diocesanus an possit supplere negligentiam religiosi prelati. cle. uolentes. nu. 121. de hereti. 192
Diocesanus habet iurisdictionem contra clericos exemptos, ubi delinquerent in loco non exempto. cle. i. nu. 31. de uita & ho. cleri. 102
Diocesanus an possit conuersari cum irregularibus. cle. vnica. nu. 18. de supplen. negli. pr. cl. a. 31
Diocesanus aliquando habet potestatem super exemptis. cle. vnica. nu. 11. de sup. negli. pr. cl. a. 31
Diocesanus an suppleat defectum prelati regularis que commisit indigno conferendo beneficium. cle. vnica. nu. 26. de supplen. neg. pr. cl. a. 32
Diocesanus tenetur beneficio ad eum iure deuoluto spectantia conferre infra sex menses, alias ad immediatum superiorem. cle. vnica. nu. 28. de supplen. neg. pr. cl. a. 32
Diocesanus an habeat supplere negligentiam prelati regularis in conferendis beneficijs, an conuenit illius. cle. vnica. nu. 20. de supplen. negli. pr. cl. a. 31
Diocesanus super heresi potest agere quinque sine Inquisitore: & idem econuerso. cle. i. nu. 31. de hereti. 187
Diocesanus terminum admonitionis prescriptum contra clericos exercentes uilia officia, an ualeat prorogare ex causa. cle. i. nu. 72. de uita honesta. cleri. 103
Diocesis tota subijcitur ut parochia pontifici. cle. dudum. S. Bonifacius. nu. 17. de sepul. 129
Diocesanus potest accipi proprie & improprie. clem. vnica. S. volumus. nu. 4. de foro compe. 53
Diocesanus presumitur magis agnoscere idoneitatem personarum diocesans qd alia quecuq; persona. cle. vii. nu. 53. de sequest. pos. & fruc. 63
Directe, exponitur Principaliter. cle. constitutione. nu. 2. de elec. 22
Directe & indirecte agere equiparantur. cle. dudum. S. uerum. nu. 22. de sepul. 135
Directus dominus an possit emphyteotam recipere per procuratorem. cle. vnica. nu. 23. de renuntia. 31
Discordia est hominibus scandalosa & quam plurimum Deo. cle. dudum. S. nos autem. nu. 1. de sepul. 129
Discordia, uarietas, dissensio, & diuersitas equiparantur. in proemio. S. quoniam. nu. 11.
Discordat de facili hoies. cle. plures. S. & ut facilius. nu. 9. de iurep. 163
Disciplina regularis non debet infringi propter solemnitatem superuenientem: sed potius magis debet obseruari. cle. i. S. sane. nu. 19. de sta. mona. 149
Discretio est mater omnium uirtutum. cle. pastoralis. S. uerum. nu. 25. de sen. & re iudi. 87
Dispositio posita inter res non resoluitur in conuentionem: secus qui inter personas. cle. sepe. contingit. nu. 35. de uerbo. sig. 238
Disparis professionis dicitur diuersa. cle. i. nu. 5. de rescrip. 16
Dispensare super uoto non potest inferior episcopo. clem. abusionibus. nu. 27. de peniten. & remis. 225
Dispensatio est odiosa, & sic non laxanda. clem. i. numero. 89. de regu. 144
Dispensatio operatur remotionem beneficiorum, ita qd ex pluribus uideat unum. cle. si plures. nu. 16. de preben. & digni. 109
Dispensatio ut plura beneficia incompatibilia non verificatur nisi in duobus. cle. si plures. nu. 55. de preben. & digni. 110
Dispensatio an requirat expressionem dictionis huius, dispensantes tamen, an sufficiat simile uerbum. clem. i. numero. 3. de preben. & digni. 105
Dispensatio super pluralitate beneficiorum intelligitur si canonicus conferatur. cle. i. nu. 50. de baptis. 175
Dispensatio super ordinatione non fienda iuxta statuta est odiosa uide restringenda. clem. ut hi qui. S. illa uero. nu. 23. de etate & quali. ordi. 34
Dispensatio super maiori & super minori dicitur dispensatum si minus uenit ad maius per modum cuiusdam consequentie. cle. i. nu. 33. de preben. & digni. 106
Dispensatus ad ordinem episcopalem dicitur dispensatus ad minores. ibi dem. nu. 34
Dispensatio facta super maiori, non dicitur dispensatum super minori, si non uenit accessorie ad maius. ibidem. nu. 35

Repertorium rerum memorab.

Dispensatus ad dignitates curatas si negligit curam, potest priuari. cle. 1. nu. 12. de preben. & digni. 105
Dispensationis clausula de nibilo operatur gratia principali obreptitia existente. ibidem. nu. 13
Dispensantes, verbum habet effectum post executionem gratie principa...

Sup.commen. Bonifa. de Vitalinijs in Clem.

Diversitas religionum denotat diversitatem morum. clem. 1. num. 20. de electio. 16
Diversitas rerum an inducat diversitatem effectuum. cle. eos qui. nu. 13 de regula. 145
Diversitas locorum non diversificat ius. ibidem. nu. 14
Diversitas nominum vel vocabulorum non debet statuere diversitatem...

Repertorium rerum memorab.

Domini familia tenetur ex delictis ipsius familiae, nec excusatur p...
Dñs cauens p procuratore, hēt vim fideiussoris. cle. 1. nu. 48. de procu. 41
Dominus soli propria autoritate potest edificatum in solo destruere sine voluntate ipsius. cle. ad nostrum. nu. 12. de censu. 167
Dominus an teneatur ex facto dolo pro procuratoris. clem. 1. nu. 88. de procura. 42
Dominus an habeat regressum contra procuratorem ex facto dolo. ibi dem. nu. 89
Dominus an possit agere actione iniuriarum pro damno dato familiae suae. cle. 1. nu. 10. de reli. & vene. San. 175
Dominus vasalli potest implorare officium superioris pro iniuria facta vasallo in contumeliam dñi, & etiam potest appellare si eius vasallus grauetur in contumeliam illius. cle. vnica. nu. 29. de exce. pr. cla. 203
Domino civiliter possidente & naturaliter per procuratorem, illo expulso domino nulla amittitur possessio: secus procuratore expulso, nem vtraque amittitur. cle. 1. nu. 73. vt lite penden. 59
Domini est terra. cle. 1. nu. 8. de regu. 146
Domini appellatione simpliciter intelligitur de directo. cle. & si principalis. nu. 50. de rescrip. 13
Domini nomen est honorabilis nomine magistris. cle. cum sit nimis. num. 10. de magi. 182
Dñi cōmunitatū statuente de usuris soluendis vel illis nō repetendis, incurunt excommunicationē ipso iure. cle. vni. nu. 37. de usuris. 199
Domini temporalis appellatione tyrannus includitur. cle. grauis. num. 44. de senten. excom. 231
Dominiū aliquando sumitur pro iure differente a iure usufructuarij. cle. vnica. nu. 24. de Iud. & Sarra. 184
Dominium aliquando sumitur pro iurisdictione. ibidem. nu. 21
Dominium si vertitur in questionem vt probetur, sufficit q quis usus fuerit vt dominus. cle. si summus. nu. 68. de senten. excom. 236
Dominiū appellatione simpliciter venit dominium directum. cle. dignum. nu. 15. de cele. missa. 172
Dominium directum est apud dominum, vtile tamen apud emphyteotā seu feudatarium. cle. vnica. nu. 102. de exce. pr. cla. 205
Dominiū prima aduentus, qualiter cognoscatur. cle. 1. §. sane. nu. 5. de statu mona. 148
Domum ingrediens alterius causa committendi furtum, & furtum non commiserit, an debeat puniri civiliter, aut criminaliter. cle. 1. §. quia verò. nu. 13. de sta. mo. 150
Domum meam ab alio occupatam autoritate propria an possim ingredi. cle. ad nostrum. nu. 45. de censu. 167
Domum aut portam ecclesiarum an propria autoritate violenter quis possit ingredi. ibidem. nu. 46
Domum priuatam non licet ingredi sine aut contra voluntatem inhabitantis. cle. ad nostrum. nu. 40. de censu. 167
Domesticus dicitur quasi positus sub custodia domini. cle. dignum. nu. 49. de cele. missa. 172
Domesticus largo modo an dicatur familiaris. ibidem. nu. 50
Domestici & cōmensales licet non familiares Cardinaliū, aut Pontificū gaudēt priuilegio cle. si. de cele. missa. cle. dignū. nu. 33. de cele. missa. 172
Domestici Principum an differant a domesticis inferiorum. cle. dignum. nu. 10. de cele. missa. 172
Domestici Principis consequuntur licentiam osculandi vicarios pr. eff. ibi p. gtorio. ibidem. nu. 7
Domestici aliqua conceduntur, quae alijs non concederentur. cle. 1. nu. 76. de priui. 209
Donare nemo potest quid carius seipso. cle. 1. §. transiturus. nu. 17. de reli. & vene. San. 176
Donatio monasterio gaudent priuilegio monasterij. cle. 1. nu. 57. de decimis. 139
Donare potest quis seipsum alteri quo ad liberum arbitrium, & quo ad personam saltem fauore religionis. ibidem. nu. 59
Donans condemnatus ad mortem Mendicantibus aliqui, cuius corpus post mortem fuit sepultum apud Mendicantes, an videatur dedisse inter viuos, an causa mortis sua q quarta ab ecclesia parochiali valeat ex illis donatis detrahi. cle. dudum. §. verum. nu. 52. de sepul. 136
Donans condemnatus ad mortem, si gratia liberetur, an possit repetere donatum. ibidem. nu. 53
Donas seipsum videtur exuberantius dare q ille qui dat res suas. cle. 1. §. transiturus. nu. 48. de reli. & vene. San. 176
Donans differt a donatario. cle. 1. nu. 18. de hereti. 189
Donatio & concessio beneficij nō tñ in titulo, si non possunt operari secundū minus, operant tñ secundū maius. cle. 1. nu. 46. de pben. & digni. 106

Donatio facta ab abbate circa monachum ad eius vitam, tenet. cle. 1. §. praemissa. nu. 16. de sta. mona. 154
Donatio facta ad cautelam, non nocet. cle. vnica. §. porro. nu. 20. de iur. iuran. 78
Donatio facta collegio de rebus ecclesiasticis, videtur facta vsque ad centum annos. cle. 1. nu. 27. de re. eccle. non alie. 119
Donatio episcopi de beneficij proprietate facta, & sic de collatione illius in fraudem mandatarij Apostolici, non tenet. cle. si de beneficij. nu. 67. de pr. ben. & digni. 113
Donatio causa mortis equiparatur legato. cle. dudum. §. verum. nu. 18. de sepul. 135
Donatio cā mortis & mortis cā capio an exequentur. ibidem. num. 19.
Donatio facta ab Imperatore Romano ecclesiae, quare non valeat reuocari. cle. vnica. §. porro. nu. 39. de iureiu. 79
Donatio facta ab Imperatore Pape, an possit reuocari. cle. vnica. §. porro. nu. 35. de iureiu. 97
Donationem recipiens aut concessionem a religioso habente administrationem regularē, an possit petere pecuniā concessam p. extu illius concessionis tā a pcedēte q ab alio. cle. 1. nu. 31. de re. eccle. nō alie. 119
Donata ad certum usum & pium, non sunt ad alium conuertenda. clem. quia contingit. nu. 14. de reli. domi. 157
Donatarius non potest conueniri de re donata. cle. ad nostrum. nu. 68. de censu. 167
Donū, & donatū idē est. cle. 1. §. trāsiturus. nu. 45. de reli. et ve. San. 176
Donator & donatarius non possunt esse vnus & idē. ibidem. nu. 46
Dormitio, est infirmitas, siue morbus ponens dormientem extra mentem. cle. vnica. nu. 59. de homici. 197
Dormiens caret intellectu & equiparatur furioso ac infanti in his in quibus requiritur dolus. cle. vnica. nu. 20. de homici. 196
Dormiens & furiosus equiparantur indistinctē vbi agitur de commodo acquirendo. ibidem. nu. 21
Dormiens potest alium interficere. ibidem. nu. 23
Dormiens in somnis potest aliquid loqui, & aliqua agere. ibidem. nu. 24
Dormitio est infirmitas reddens hominem extra mentem. ibidem. nu. 25
Dos & donatio pp nuptias sunt petende secundū consuetudinē loci vbi contractum est matrimonium. cle. sepe. §. si tñ. nu. 11. de ver. sig. 245
Dotis priuilegium militat in quasi dote. cle. si iuxta. nu. 47. de pr. ben. & digni. 115
Dubia non censetur causa postquam sententiatum de ea. cle. si appellationem. nu. 34. de appel. 69
Dubia sunt declaratione iuris decidenda. cle. sepe. §. nos autem. nu. 1. de verb. signi. 239
Dubia tollere est Principis. ibidem. nu. 3
Dubij vnus remotio inducit aliud fortius. ibidem. nu. 2
Dubij vnus remotio sepe causa est alterius maioris. cle. sepe. §. verum. nu. 29. de verb. signi. 242
Dubitationis causa tollendae aliqua superfluitas toleratur. cle. 1. nu. 59. de hereti. 187
Quod hereticū pro indubitato fuit obseruatum, non est in dubio de nouo reuocandum. cle. vnica. §. ceterum. nu. 3. de iureiu. 70
Dudum, dicitio an importet praesens, an antiquum tempus. cle. 1. nu. 1. de iudi. 48
Dudum, quod tempus importet in praemio. §. hoc sane. nu. 8. 7
Dulcedo non moritur nisi in amaritudine. cle. 1. §. transiturus. nu. 56. de reli. & vene. San. 177
Dulia debetur Deo, personis latria. cle. ad nostrum. nume. 97. de hereti. 195
Duo si copulatiue puniuntur in penalibus, vt pena imponatur, utrumque debet concurrere. clem. quoniam. §. sed & tales. nu. 14. de vita et hone. cleri. 104
Duobus datis vno ad obligandum, alio ad impediendum, magis inspicitur quod impedit obligationem, licet sit de preterito, q quod permittit obligationem de futuro. cle. vnica. nu. 36. de testa. 125
Dux Venetorum an vtatur bulla plumbea. clem. vnica. §. porro. nu. 28. de iureiu. 79
De litera E.
EBRIUS Excusatur ab homicidio. cle. vnica. num. 26. de homici. 196
Ebrietas excusatur a pena imponenda, sed culpa ebrietatis puniunt. ibidem. nu. 27
Ecclesia parochialis licet pleno iure subiecta loco religioso, tamen administrator sacramentorum debet habere praesbyterum secularem, vel alias perpetuum vicarium nuncupatum, aut rectorum. cle. vnica. nu. 35. de exce. pr. cla. 203
Ecclesia

Sup. commen. Bonifa. de Vitalinijs in Clem.

Ecclesia abolere debet omnia que possunt esse contraria Christiane fidei. cle. 1. nu. 33. de relig. domi. 156
Ecclesia militans non punit non seruantes precepta praeextu obliuionis pena excommunicationis: sed solum ex contemptu nō seruantes. cle. cupientes. nu. 2. de penis. 219
Ecclesia violata & cimiterium dī violatum. cle. 1. nu. 10. de baptis. 174
Ecclesia polluta an eius membra dicantur polluta. ibidem. nu. 11
Ecclesia potest sumi dupliciter, pro clericis tantum, & pro clericis & laicis copulatiue. cle. vnica. nu. 9. de offi. iudi. ordi. 39
Ecclesia habens subiectā aliā in actione pponenda noīe illius, an debeat pferri eidē ecclesie, aut plato illius. cle. abbatis. nu. 3. de rescri. 12
Ecclesia subiecta alteri vacat per mortem specialis tātum administratoris. ibidem. nu. 4
Ecclesia accipiuntur pro beneficijs ecclesiasticis. cle. 1. nu. 11. de eta. & quali. ordi. 32
Ecclesia que est domus Dei, non debet fieri spelunca latronum. cle. 1. nu. 51. de cele. missa. 107
Ecclesia an valeat procedere contra Iudaeos & Sarracenos in temporalibus. cle. pastoralis. nu. 15. de sen. & re iudi. 86
Ecclesia Dei vnica est. cle. 1. nu. 9. de sen. excom. 227
Ecclesia non se intronitit de his que foris sunt. cle. vnica. nu. 12. de Iud. & Sarrace. 184
Ecclesia secularis exempta a solutione procurationum praeextu visitationis, aut a solutione aliorum iurium episcopatum, dicitur exempta etiam quo ad ecclesias de nouo acquisitas: & an sit secus in ecclesijs religiosorum exemptorum a praedictis. cle. 1. nu. 44. de censu. 165
Ecclesia parochialis non definit esse parochialis, licet de praesenti non habeat parochianos. cle. dignum. nu. 75. de cele. missa. 173
Ecclesia capitulū aliquoties materialiter, & tunc praelatum vel episcopū non includit: secus alias secundum subiectam materiam. cle. 1. nu. 21. de sen. excom. 227
Ecclesia potest dici vtroque iure subiecta religioso licet episcopus retineat in ea iura episcopalia. cle. ad nostrum. nu. 62. de censu. 167
Ecclesia religiosi concessa a Papa vtroque iure non dicitur in dubio concessa quo ad iura episcopalia. ibidem. nu. 63
Ecclesia non iudicat de occultis. cle. 1. nu. 90. de penis. 215
Ecclesia habet iurisdictionem puniendi Christianos apostatos, sortilegos, magicos, perpetrantes facinora, & sacrilegia, etiam corporaliter. cle. vnica. nu. 26. de Iud. & Sarrace. 184
Ecclesia non iudicat neq; corporaliter, neq; quo ad animam non baptizatos, sed puniuntur per Principes seculares, nisi indiretē. ibi. nu. 27
Ecclesia matris dī illa qua non est cathedralis, dummodo sit maior in loco & baptismalis, etiam si regatur per vicarium. ibidem. nu. 13
Ecclesia habet actū parochianos, & ecclesia que habet illos habitū. equiparantur. cle. 1. nu. 53. de censu. 165
Ecclesia Christianorū vnica est tñ. cle. vni. nu. 153. de exce. pr. cla. 206
Ecclesia habet clauēs. cle. ab usonibus. nu. 46. de peni. & remis. 225
Ecclesia non iudicat de occultis. cle. 1. nu. 3. de senten. excom. 238
Ecclesia est vna, & vnus est Deus. cle. 1. nu. 64. de sen. excom. nu. 228
Ecclesia militans ligat criminofum quantuncunq; occultum, licet pro ligato non habeatur. cle. 1. nu. 183. de hereticis. 189
Ecclesia dicitur viduata ante consecrationem. cle. attendentes. §. statutus. nu. 8. de sta. mo. 155
Ecclesia non dicitur viduata ante benedictionem. ibidem. nu. 9
Ecclesia non ligat postea extra directē. clem. multorum. nume. 85. de penis. 218
Ecclesia habet duas clauēs. cle. 1. nu. 7. de sepul. 126
Ecclesia non videtur peccare permittendo Iudaeis seruare ritus eorum. cle. vnica. nu. 38. de Iud. & Sarra. 185
Ecclesia an videatur peccare tolerando ritus infidelium, licet eos possit prohibere. & quid in Imperatore & alijs actibus. cle. vnica. num. 43. de Iudaeis. 185
Ecclesia principaliter est facta ad celebrationem diuinorum. ibidem. nu. 75. de peniten. & remis. 224
Ecclesia parochialis potest concedi mensa religioso vel alteri dignitati, vel beneficio & cura tñc pertinet ad istum qui praesidet illi, licet per alium vicarium temporalem eam valeat exercere. cle. vnica. nu. 83. de exce. pr. cla. 204
Ecclesia concessa pleno iure institutio autorizabilis censetur concessa de consuetudine, licet de iure non. ibidem. nu. 87. 205
Ecclesia parochialis vnica dignitati aut praebeato vel alicui religioso loco non dicitur vacare per se separatim, nisi vnio esset facta quo ad temporalia tantum, quia tunc vacaret per mortem vicarij & sui instituti. ibidem. nu. 89

Ecclesia vnica quo ad temporalia institutionem & destitutionem instituti ac visitationem alteri beneficio, potest vacare per se. ibi. nu. 10
Ecclesia vnica quo ad proprietatem pleno iure et quo ad curę exercitiū non potest vacare per se, potest tamen beneficiatus exercere curam per alium. ibidem. nu. 91
Ecclesiam impetrans vbi est prioratus & vicariatus perpetuus videtur impetrasse prioratum quando sunt beneficia per se stantia. cle. vnica. nu. 94. de exce. pr. cla. 205
Ecclesia, verbum denominatur a digniori. ibidem. nu. 95
Ecclesia vacare dicitur per mortem vicarij perpetui vbi est maior praesentis ipse totius ecclesiae, posito ibi vicario temporali ad exercitiū curę, per mortem cuius uacauit exercitiū curę. ibidem. nu. 96
Ecclesia restituitur contra quamlibet praescriptionem. cle. 1. nu. 24. de rescri. in integ. 47
Ecclesia an restituatur contra tempus datum ad proponendas dilatorias fori vel solutionis. ibidem. nu. 15
Ecclesia an restituatur praescriptionem. xxx. vel. xl. annorū. ibidem. nu. 16
Ecclesia lesa per sententiam, aut contra factum, restituatur infra quadriennium, prius non. cle. 1. nu. 34. de resti. integ. 47
Ecclesia lesa per lapsum temporis, an restituatur illo elapso ad tempus elapsum. ibidem. nu. 35
Ecclesia semper est p̄sens vel absens. cle. 1. nu. 49. de restitu. in integ. 47
Ecclesia restituatur illico post lesionem intra quadriennium. cle. 1. nu. 28. de resti. in integ. 47
Ecclesia curata potest pertinere ad locum religiosum vt proprietates vel ex concessione Papali, aut ex vnione episcopali cum consensu sui capituli, aut ex praescriptione facta bona fide, cum titulo per spatium xl. annorum. ibidem. nu. 97
Ecclesiarum ecclesiasticorumq; beneficiorum dispositio ad Papam pertinet. ibidem. nu. 98
Ecclesia praescribit populum Romanum, vnde non potest uti iure dominationis. cle. pastoralis. §. nos tam. nu. 14. de sen. & re iudi. 88
Ecclesia non debet esse habitaculum meretricum, nec lupanar viliissimū. cle. 1. nu. 54. de celebra. missa. 170
Ecclesia militans nō iudicat de occultis. cle. volentes. nu. 101. de hereti. 192
Ecclesia habet fiscum sicut Imperium non minus priuilegiatum ipso Imperiali. cle. volentes. nu. 73. de hereti. 192
Ecclesia accipitur pro ministerijs ecclesiasticis. clem. 1. nu. 1. de eta. & quali. ordi. 32
Ecclesia parochialis & curata quando, & quomodo cognoscatur. cle. 1. nu. 48. de pr. ben. & digni. 106
Ecclesia cathedralis regularis & collegiata equiparantur in casu clem. statutum. de elec. vide eadem. cle. nu. 10. titu. eo. 228
Ecclesia regularis equaliter vnica alteri diuersae religionis, non potest per niam electionis assumere monachum ecclesie sibi vnice. cle. 1. nu. 67. de electio. 17
Ecclesia potest vni dignitati capituli de consensu episcopi & capituli. cle. si vna. §. quod si. nu. 13. de reb. eccle. non alie. 121
Ecclesia curata potest conferri non existenti in sacerdotio dum sit in legitima aetate ad sacerdotium. cle. volentes. nu. 14. de hereti. 191
Ecclesia parochialis non debet recipere quartam, alias de iure sibi debitam de reliquis ab illis qui sepeliunt tempore prohibito. cle. 1. nu. 92. de sepul. 128
Ecclesia subiecta alteri in spiritualibus non tamen in temporalibus, non dicitur de mensa illius. cle. abbates. nu. 1. de rescrip. nu. 12
Ecclesia parochialis requirit aetatem. xxx. annorum. cle. generalem. nu. 15. de eta. & quali. ordi. 35
Ecclesie parochiales dicuntur curatae tantum cura spirituali. cle. quia contigit. nu. 2. de relig. domi. 157
Ecclesie siue seculares siue regulares quo ad proprietatē possunt acquiri quocunq; titulo per religiosos eorum proprijs monasterijs, nisi titulo emptionis. cle. 1. nu. 7. de censu. 164
Ecclesie rector tenetur providere de necessarijs confugientibus ad ecclesiam. cle. 1. nu. 83. de peni. & remis. 224
Ecclesie aut beneficij dñum directum vniti mensē dignitatis alicuiusve praebete, remanet apud mensam illius beneficij cui est vnita vel vniti illa ecclesia seu beneficij. cle. vnica. nu. 100. de exce. pr. cla. 205
Ecclesie cathedrales sunt hodie reseruat. cle. in plerisque. §. nos enim. nu. 2. de elec. 27
Ecclesie parochiales eoispsunt curatae. cle. quae de ecclesijs. nu. 1. de officio vica. 36
Ecclesie seculares priuilegiatae de nō soluendis procurationibus rōne visitationis, aut de nō soluendis iuribus episcopalibus: an & qñ differant ab ecclesijs regularibus similiter priuilegiatis. cle. 1. nu. 49. de censu. 165
Eccle

Repertorium rerum memorab.

Ecclesiariū valua nō sunt violenter frangendā cōtra voluntatē cleric. vel monachorū ibidē famulantium. cle. ad nram nu. 38. de censi. 167

¶ Eligere & intronizare differunt. cle. vnica. §. secus. nu. 23. de consec. praben. 117

Sup. commen. Bonifacij de Vitali. in Clemen.

per Papam cum munimentis. cle. vni. §. nos itaq; nu. 20. de iureiu. 76

teneatur petere licentiam. cle. vnica. §. volumus. nu. 11. de fo. cōp. 52

70. de peni. & remis. 226
Episcopus an possit dispensare contra cle. vt hi qui. de eta. & quali. vide cle. ca. S. illa vero. nu. 29. eo. ti. 34
Episcopus contra concilium an possit dispensare. ibidem nu. 30
Episcopus peccat mortaliter transgrediendo canonica statuta. cle. 1. nu. 21. de eta. & quali. ordi. 32
Episcopus peccat mortaliter pr. sciendo scienter indignum. ibid. nu. 22
Episcopus an possit cu consensu capituli aliquid perpetuo statuere in pre iudicium alicuius ecclesie no vocato defensor. & quid ad ips. & tuc an successor teneat seruare. cle. si vna. nu. 35. de reb. ecclie. no ali. 1. 20
Episcopus facit synodum in proamio. S. hoc sane. nu. 51. 51
Episcopus extra territorium potest contentiosum exercere iurisdictione in casu speciali. cle. vnica. de foro compe. cle. ca. nu. 16. eo. tit. 51
Episcopus an de consensu exempti in loco exempto possit exercere iurisdictionem. ibidem. nu. 17
Episcopus in aliena diocesi an possit vti pontificalibus. ibidem. num. 18
Episcopus an possit alicui dare licentiam vtendi pontificalibus in aliena diocesi. ibidem. nu. 19
Episcopi & clerici possunt eorum baiulis precipere de armis gerendis si ne meti irregularitatis. cle. volentes. nu. 125. de here. 192
Episcopus in casu cle. vnica. de foro compe. non potest in aliena diocesi iurisdictionem exercere. si illam intra diocesim suam. sed de deuoluto ad eius capitulum pr. exte. negligenti. siue. & quid in alijs superioribus. & inferioribus. cle. si de beneficio. nu. 25. de praben. & digni. 112
Episcopus transgressor canonum qn ex transgressione incidit in crimen schismatis. an possit deponi. cle. 1. nu. 58. & de eta. & quali. ordi. 33
Episcopus an propter negligentiam aut dolum possit deponi. ibi. num. 59
Episcopus an possit inquirere quo titulo beneficiati teneant beneficia. & quid de iam collatis. ibidem. nu. 60
Episcopus an possit prescribere ius conferendi solus beneficia. cle. si vna. nu. 18. de reb. ecclie. non alie. 100
Episcopus an possit prescribere ius alienandi solus perpetuo ecclesias vel ecclesiarum bona. ibidem nu. 19
Episcopus dicitur post consecratione. ante electus. cle. in plevi. q. 1. §. quod si. nu. 1. de elec. 27
Episcopus an possit dispensare super etate ordinandorum. & descripta in cle. generalis. de eta. & quali. cle. ca. nu. 32. eo. tit. 35
Episcopus confirmans scienter indignum priuatur iure suo. & ad quem deuoluatur. cle. si de beneficio. nu. 40. de praben. & digni. 112
Episcopus habet iurisdictionem contra exemptum sepelientem excoicatum publice & nominatim interdicitur. cle. 1. nu. 12. de sepul. 117
Episcopus an possit contra exemptum sepelientem publice excommunicatum iurisdictionem eius exercere in loco exempto. ibidem nu. 23
Eps est caput. & capitulum mēbrū. cle. si de beneficio. nu. 2. de pb. & di. 1. 12
Episcopus est in ecclesia & ecclesia in episcopo. ibidem nu. 3
Eps aut alius pr. elatus potest licentiarē Mendicantes vt cōcurrant secū in pr. dicatione nā in diebus ceptis. cle. dudū. §. ad honorē. de sep. 130
Episcopus dicitur curatus. cle. dudum. §. verum. nu. 2. de sepul. 135
Episcopus dicitur pastor. ibidem nu. 3
Episcopus non potest reservare sibi absolutionem aliquorū casuum & eā interdicerē Mendicantibus religiosis licentiatis a iure vel homine si per audiendis confessionibus. ibidem nu. 8. 134
Episcopus ter requisitus ad dandam licentiam religiosis ad audiendas confessiones & tacens. habetur pro recusante. & tunc ex dispositione iuris licentia habetur pro obtenta. Et an sufficiat vna requisitio debite facta. cle. dudum. §. si vero. nu. 10. de sepul. 133
Episcopus potest sibi reservare absolutionem aliquorū casuum. & absolutionem nullis casibus interdicerē curatis. cle. dudum. §. huiusmodi nu. 6. de sepul. 133
Episcopus reservans sibi absolutionem aliquorū casuum & eā interdicerē curato. nihilominus Mendicantes religiosis ad audiendas confessiones a iure vel ab hōe poterunt absoluerē a pr. dicitis casibus. ibi. nu. 7
Episcopus recusans dare licentiam religiosis electis ab officarijs eorū ad audiendas confessiones. sine causa. contemnitur. & licentia ipsi iuris dispositione conceditur. cle. dudum. §. si vero. nu. 1. de sepul. 133
Eps an valeat refutare religiofos sibi presentatos semel. an bis. ter & subrogatos in locū illorū necne. cle. dudum. §. qd si. nu. 15. de sepul. 133
Episcopus an possit refutare nō tantū semel presentationem religioforū ad audiendas confessiones. sed etiam subrogandorum in locū refutatorum cum eligentes sint saltem in culpa. ibidem nu. 16
Episcopus an possit ordinare. q quid valeat duo beneficia simplicia tenere. vnum in titulū. aliud in cōmendā. cle. 1. nu. 24. de praben. & di. 105
Episcopus an valeat dispensare q quis valeat retinere duo beneficia simplicia in titulū. ibidem. nu. 25

Episcopus

Episcopus potest emendare ecclesiam parochialem per sex menses ibi. nu. 26
Episcopus an possit dispensare ad duo beneficia curata. ibi nu. 27. 106
Episcopus potest esse in etate triginta annorū. & in accessorie an etate. xl. annorū Inquisitor Fidei potest esse. cle. volentes. nu. 12. de here. 119
Episcopus an possit cogi in vacatione pronuntiationis ad collationē fiendam beneficiorū sic vacantium. cle. vni. nu. 57. de rerum permu. 123
Episcopus redditur ratione ab executorē testamenti religiofos: quid de super-existentibus teneatur facere. cle. vnica. nu. 49. de testa. 125
Episcopus videtur magis delinquere altero in eadē specie delicti. an maiori pōna debeat puniri. cle. volentes. nu. 46. de here. 191
Episcopus non potest sine Inquisitore facere aliquā contra hereticum. ne que conuerso. cle. 1. nu. 63. de here. 187
Episcopus procedens contra hereticum sufficit q requisierit Inquisitorē Fidei semel ad procedendum circa ea ad quā solus non potest procedere. & illa vnica requisitioe facta elapsa dilatione poterit solus procedere. & idem conuerso. ibidem nu. 64
Episcopus volens procedere contra hereticū tenetur requirere Inquisitorē ad procedendum. secus ad aliquos actus si reperiri commode valeat. alias non tenetur. ibidem nu. 65
Episcopus est verus pastor omnium & perpetuus. nec potest inde remoueri sine causa maxima. cle. volentes. nu. 2. de here. 191
Episcopus aut alij imponentes metu aut negligentia labem heresis cōtra aliquem. nō puniuntur pōna de qua in cle. 1. de here. tunc si fraudulenter & malitiosē imponerent. cle. ca. nu. 161. eo. ti. 189
Episcopus imponens labem heresis alicui fraudulenter & malitiosē incurrit pōnam suspensionis. cle. 1. nu. 164. de here. 189
Eps custodens duos debet apponere in custodiendis carceribus hereticorū data negligentia Inquisitoris. & conuerso. cle. 1. nu. 91. de here. 188
Episcopus an possit dispensare cum monacho inhabilitato ab beneficia ex eo quia interfuit venationi. cle. 1. §. si quis. nu. 24. de sta. mo. 150
Episcopus an valeat procedere contra clericos exemptos sine diocesis. cle. 1. nu. 29. de vita & hone. cle. 102
Episcopus exponens pro gradu doctōratus assumēdo vltra summā contentiā in cle. 2. de magistris. incurrit suspensionē. cle. ca. nu. 47. eo. ti. 103
Episcopus nō gaudet beneficio aut privilegio episcopali nec eius familiaris ubi est hereticus. schismaticus. vel excommunicatus. cle. dignum. nu. me. 31. de celebra. missa. 172
Episcopus in inquisitione fienda contra hereticū potest alium substiti vere & idem de Inquisitore Fidei. cle. 1. nu. 107. de here. 188
Episcopus est sanctissimus. cle. 1. nu. 80. de peni. 215
Episcopus fungitur legatione Christi. ibidem nu. 81
Eps frater Romani Pontificis. quia epos vocat fratres. ibidem nu. 82
Episcopus dicitur pater spiritualis. ibidem nu. 83
Episcopus cum capitulo an possit statuere q pr. bēda expetata habeat ordinem annexum in pr. iudicium expectantium etiam pr. bēda vacante. & vtrum tale statutum valeat. saltem post mortem spectantis. cle. si vna. §. quod si. nu. 25. de reb. ecclie. non alie. 121
Episcopus contra hereticum potest procedere solus post dilationem octo dierū elapsam computandam a tpe requisitionis facte per episcopum erga Inquisitorē Fidei. & idem conuerso. cle. 1. nu. 54. de here. 187
Eps nō potest procedere solus contra hereticū pr. exte. interpellationis facte Inquisitori Fidei. nisi et dilatio octo dierū fuerit elapsa. ibi. nu. 55
Eps potest dispensare cum priuibus tam secularibus q regularibus. vt recepto subdiaconatu. non teneatur facere se promoueri ad alios ordines sacros per septemniū ex cō. nisi priores sint excepti. & tuc Papa. aut eius legatus. aut ordinarius ad requisitionē exceptorū. Quid de abbatibus. an valeant dispensare. cle. 1. §. ceterū. nu. 43. de sta. mo. 152
Eps ex officio potest in monasterio ponere magistrū ad instruendum monachos redditibus sufficientibus existentibus. licet recusauerit. dummodo abbas non esset exemptus. cle. 1. §. sane. nu. 36. de statu mo. 153
Episcopi & alij pr. elati ita debent procuraciones pr. exte. visitationis exigere. q non videantur grauare ecclesias. & sic inspecta qualitate locorum que visitant. cle. ad nostrum. nu. 29. de censu. 166
Episcopus debet visitare sine exactioe procuracionis data paupertate ecclesie. alias secundum qualitatem loci potest exigere. ibidem nu. 31
Eps consecrando potest exigere procuraciones secundū facultates ecclesie. nec debet deducere q in domo sua necessaria exposuisset. ibi. nu. 32
Episcopus expulsus volens in aliena diocesi exercere iurisdictionē. non solum tenetur petere licentiam. sed etiam tenetur facere diligentiam obtinendi eam. cle. vnica. §. volumus. nu. 22. de foro compe. 53
Episcopus expulsus inique procedendo quem habeat superiorem ad cognoscendum de illis. ibidem nu. 23
Episcopus delinquens in aliena diocesi habetur pro extraneo. & ab illo diocetano potest puniri. ibidem nu. 24

Episcopus

Repertorium rerum memorabilium

Episcopus ad habere sicut sine bursum fisci. cle. 1. nu. 96. de hereti. 188
Episcopus cui iurare tenet non tenet sacrosancta euangelia tangere: sed
sufficit, qd sint in presentia eorum. cle. 1. nu. 113. de hereti. 188
Episcopus in sua diocesi potest quem iudicare hereticum. cle. ad nostram.
nu. 106. de hereti. 195
Episcopus non potest legatum relictum ad certum pium usum conuere ad
aliu usum: secus de Papa. cle. quia contingit. nu. 17. de relig. do. 158
Episcopus tenetur dicere horas canonicas, & hortatur dicere, aut audi-
re missam. cle. 1. nu. 27. de cele. missa. 170
Episcopus prioratus aut alia beneficia regularia vniere potest ratione in-
copetentis cum consensu abbatis: nec requiritur consensus capituli.
cle. 1. §. ad hoc. nu. 1. de statu mo. 151
Episcopus potest vniere beneficia regularia pp insufficientiam p duobus cu consensu
abbatis, et sine consensu capituli. cle. 1. §. ad hoc. nu. 20. de sta. mo. 151
Episcopus consecratus licet renuntiet, aut priuetur suo episcopatu, rema-
net tamen episcopus. cle. 1. nu. 8. de penis. 213
Episcopus non potest sedere nisi in loco mansionis. cle. vnica. §. eisdem. nu.
me. 20. de foro compe. 52
Episcopus non expulsus inter subditos, regulariter non potest cognosce-
re extra diocesim. clem. vnica. §. eisdem. nu. 4. de foro compe. 52
Episcopus non expulsus inter subditos an possit cognoscere extra territo-
rium, illis consentientibus. ibidem nu. 5
Episcopus potest laicos habere subditos. ibidem nu. 6
Episcopus expulsus an in aliena possit diocesi cognoscere inter non sub-
ditos prorogantes iurisdictionem. ibidem nu. 7
Episcopus expulsus an in aliena diocesi possit cognoscere inter subdi-
ctum & non subditum, etiam consentientem. ibidem nu. 8
Episcopus de mensa episcopali non potest aliquid dare mensae capituli e-
genti, qm daret perpetuo. cle. 1. §. vna. nu. 16. de reb. ecclie. no alie. 1. 21
Episcopus sine capitulo an possit dare quinquagesimam partem fructuum
pjs locis. ibidem nu. 18
Episcopus cum consensu capituli an possit ecclesiam secularem facere re-
ligiosam non vocatis clericis illius ecclesie. ibidem nu. 19
Episcopus an possit ecclesiam collegiatam secularem facere regularem
cum consensu capituli sui consensu collegie. ibidem nu. 20
Episcopus est in ecclesia. cle. 1. nu. 48. de priuile. 214
Episcopus offendens priuilegium oibus beneficiis quae obtinet in ecclesia, & reuer-
tuntur ad ecclesiam offensam, ad quam promissio notitiam pertinere, & si
illa obtineret ex collatione Apostolica, sine legatum. Idem in beneficiis,
qua in alijs ecclesijs obtineret eiusdem diocesis. ibidem nu. 49
Episcopus non debet comedere carnes inter claustra religiosorum, sicut
nec religiosi. cle. ad nostrum. nu. 74. de censu. 167
Episcopus non debet pbare obseruantias laudabiles religiosorum. ibi. nu. 75
Episcopus intra claustra monachorum potest comedere carnes ratione in-
firmitatis adinstar monachorum. ibidem nu. 76
Episcopus est alimentandus in domibus proprijs illorum qui visitantur
& in domibus ecclesiasticis, & aptis, & non incongruis. ibidem nu. 79
Episcopus potest charitativum subsidium exigere dum tamen moderatum, & non
excessivum ab religiosi. cle. vnica. nu. 43. de exce. pra. la. 204
Episcopus potest charitativum subsidium consequi a religiosi et exemptis
dummodo non excessivum ratione consecrationis ecclesie vel altarij,
vel ratione reconciliationis propter pollutionem. ibidem nu. 44
Episcopus concedendo pleno iure aliquam ecclesiam parochialem alicui loco reli-
gioso, tamen nihilominus remanet sibi subiecta circa ea, qd cura aiaru con-
cernunt, & quo ad cathedralicam, visitationem, correctionem, & ptectionem
capellano: tamen sine ea legitima non potest phibere ne ibidem celebret, aut
ecclesiastica sacra parochianis ministret. cle. vni. nu. 36. de exce. pra. la. 204
Episcopus corrigere debet subditos per aliu, nec manus in illis proprias
apponere debet, sed secus est de alijs praelatis secularibus & regula-
ribus. cle. vnica. nu. 15. de exce. pra. la. 203
Episcopus potest detrabere quartam de legato relicto Fratribus tertij or-
dinis Sancti Francisci, sicut de relicto ecclesijs aut alijs personis ei
subditis. cle. cum ex eo. nu. 44. de sen. excom. 233
Episcopus audiendo missam a male ordinato, vel recipiat pcuracionem scienter a
male instituto, tamen pro hoc cum illis non censetur dispensare super ordi-
natione aut institutione. cle. si summus. nu. 51. de sen. excom. 235
Episcopus scienter ordinando indignum, non videtur illum habilitasse per
dispensationem. ibidem nu. 53
Episcopus cognoscere contra eius expulsores in loco distante vltra duas
diectas a fine diocesis, vtrum alij subditi possint ibi conueniri. cle. vnica.
§. eisdem. nu. 16. de foro compe. 52
Episcopus in procedendo iuris expulsores, quem modum teneatur seruare
de necessitate in procedendo. cle. vnica. nu. 65. de foro compe. 52
Episcopus si expulsores se possit citare in loco domicilij, licet per aliu ibi

non possit, an ideo alibi possit citare. cle. vnica. nu. 56. de foro compe. 52
Episcopus non potest imponere ecclesijs parochialibus nouum censum quo
ad se. Quid quo ad alios. cle. vnica. nu. 51. de exce. pra. la. 204
Episcopus an habeat intentionem eius fundatam de iure communi su-
per bonis locorum piorum ad certum usum deputatis. cle. per literas.
nu. 44. de preben. & digni. 108
Episcopus an possit admonere rectorem ecclesie parochialis, vt infra an-
num a tempore pacifice possessionis habeat se promouere. cle. vnica.
nu. 47. de offi. vica. 36
Episcopus per septennium potest ratione studij dispensare cum vicarijs
perpetuis ad non promotionem. ibidem nu. 48
Episcopus non potest dispensare cum rectore super atate. ibidem nu. 49. 37
Episcopus non potest dispensare super atate cu vicario perpetuo. ibi. num. 50
Episcopus an possit creare locum tenentes ad eos mittendos per dioceses.
cle. 1. nu. 35. de regu. 143
Episcopi ipsius ad capitulum sede vacante procedit argumentum, cu suo
cedat loco illius. cle. volentes. nu. 43. de hereticis. 191
Episcopo grauato capitulum non censetur grauatum. cle. si de beneficio.
nu. 11. de preben. & digni. 112
Episcopo aut alio capite suspensio, collatio beneficioru deuoluunt ad aliu qd ad capi-
tulum: secus in casu negligentiae. cle. 1. §. si quis. nu. 4. de sta. mo. 149
Episcopus suspensus quia alicui malitiose fraudulenter labem heresis
imposuerat, superior potest absoluerneq; adire tenetur Papam. cle.
1. nu. 168. de hereticis. 189
Episcopi prohibentur communiter ne faciant prohibita sub pena indigna-
tionis Dei & sedis Apostolicae. cle. ad nostrum. nu. 95. de censu. 169
Episcopi tenentes canes, aut aues ad venandum, an puniantur pena de
qua cle. ij. de censibus. ibidem nu. 98
Episcopi est principaliter regere populum suae diocesis. cle. dudum. §. ad
honorem. nu. 61. de sepul. 131
Episcopi appellacione includitur ecclesia. clem. attendentes. §. hoc igitur.
de sta. mo. 154
Episcopi in pontificalibus vt possunt calciamentis ornatis. cle. atenden-
tes. §. hoc igitur. nu. 25. de sta. mo. 154
Episcopo an dicantur esse subiecta omnia loca pia tam regularia quam
secularia. cle. quia contingit. nu. 74. de relig. domi. 158
Episcopi officium maxime est vt in idonei non praesententur in ecclesijs.
cle. 1. nu. 16. de ata. & quali. 32
Episcopo agentem contra aliquem sup priuando illo a beneficio, an lite penden-
te possit illud conferre. cle. cum lite pen. nu. 72. vt lite penden. 91
Episcopus qui renuntiat dignitati potest exercere aliqua que sunt chara-
cteris. cle. in plerisq; §. quod si. nu. 15. de elec. 27
Episcopo expulso volenti exercere iurisdictionem in alia diocesi, si ibi
non reperiat episcopum neq; officialem ad petendam licentiam, quo re-
medio succurratur. cle. vnica. §. volumus. nu. 16. de foro compe. 53
Episcopi depositio an valeat non propositis coram eo sacrosanctis scriptu-
ris, licet non cogatur iurare. cle. testibus. nu. 62. de testi. 71
Episcopi conuicini episcopi expulsi, an teneantur denunciare per proprias
dioceses sententias latas ab episcopo expulsi contra expulsores aut
alios subditos. cle. vnica. §. eorundem. nu. 1. de foro compe. 54
Episcopi sacrificij maius Deo nescirent offerre, qd coepescere debucchan-
tes in perniciem eius, & alioru. cle. vnica. nu. 22. de offi. iudi. ordi. 39
Episcopi vocantur singuli in partem sollicitudinis in honorem Dei. cle. 1.
nu. 26. vt lite penden. 58
Episcopo recipiente possessionem episcopatus per procuratorem, an ibi
priori beneficio episcopi dicantur vacare, vel in loco constituentis te-
pus ademptionis possessionis. cle. 1. nu. 69. vt lite pen. 59
Episcopi diuites non coguntur vefci cibis pauperum, sicut religiosi, qui
ouerunt paupertatem. cle. ad nostrum. nu. 11. de censu. 196
Episcopi an sit permittum procedere contra exemptos notorie abuten-
tes priuilegio. cle. vnica. nu. 59. de offi. iudi. ordi. 39
Episcopi an sit permittum procedere contra delegatos procedentes con-
tra tenorem. c. statutum. de rescrip. in sexto. ibidem nu. 60
Episcopi an sit permittum procedere contra mendicantes retinentes v-
tra legitimam portionem. ibidem nu. 61
Episcopo requirente Inquisitorem Fidei super procedendo contra here-
ticu, in quo loco pfectus tunc debeat agitari. cle. 1. nu. 69. de here. 187
Episcopo & Inquisitore contradicentibus contra hereticum consulendus
est Papa. ibidem nu. 71. 188
Episcopus requirens inquisitorem ad pcedendū h hereticum, post requisitio-
nem non potest variare, si requisitus adhuc non expr essit eius consensum:
& quid si opiniones eorū sint discordantes: & idē econuerso. ibi. nu. 72
Episcopus consentiendo, qd Inquisitor procedat contra suspectum de here-
si, non vt committere in illi vices suas, nec econuerso. ibidem nu. 73
Episcopus

Sup. commen. Bonifa de Vitalinijs in Clem.

Episcopus an teneat denuntiare sententias latas a conuicino episcopo non notorie iniustas.
& qd de notorie iniustis. cle. vnica. §. eorundem. nu. 12. de foro cop. 54
Episcopus vicinus alterius an sine requisitione possit exequi sententias
latas a conuicino episcopo. ibidem nu. 18
Episcopus vicinus alterius in sententia executione lata per vicinum, an
possit assumere partes iudicis: an possit recusari tanquam suspectus:
an ab eo sit appellandum, & coram eo: an exceptio falsitatis possit op-
poni illis sententias. ibidem nu. 14
Episcopatui prouisiones in curia sunt de consensu Cardinaliu de honestate
vni, non de necessitate: nā aliter facte tenent. cle. dudum. nu. 6. de sep. 128
Episcopatum desiderans an peccet mortaliter. cle. plerisq; §. sane. nu. 8.
de elec. 27
Episcopatus optantes ferē peccant omnes mortaliter. ibidem nu. 9
Episcopatus est ordo officialis non sacramentalis. ibidem nu. 10
Episcopatus litigiosus non vacat per affectuionem secundi curati pacifi-
ci. cle. gratia. nu. 48. de rescrip. 15
Episcopalis dignitas liberat mendicantem ab eius ordine. cle. 1. nu. 83.
de regulari. 144
Episcopus renuntians episcopatu, nihilominus remanet consecratus. ibi. nu. 84
Episcopalis dignitas an sit ordinis, an honoris. cle. in plerisq; §. quod si.
nu. 3. de elec. 27
Episcopalia iura non includunt procuracionem praetextu visitationis ar-
chiepiscopo debitam. cle. 1. nu. 165. de censu. 165
Episcopalia onera adire astrictus compositione aut consuetudine, non
teneantur ad onera archiepiscopalia, nec ad alia onera legatis Aposto-
licis praestanda. ibidem nu. 62
Equitas praefenda est rigori, quando est scripta, vel quando sic supe-
riori placeret. cle. 1. nu. 85. de penis. 215
Equitas est temperata iustitia. cle. quis rigor. nu. 9. de appell. 191
Equitas suadet vt criminosi puniantur. cle. vni. nu. 7. de offi. iudi. ordi. 38
Equalitas an seruari debeat in iudicijs. cle. 1. nu. 9. de rescrip. 67
Equitas simulata duplex est iniquitas. cle. ad nostram. nu. 100. de here-
ticis. 195
Quid ex equipollentibus fiat, non refert, nisi forma & modus debeant ser-
uari. cle. ad nostrum. nu. 80. de censu. 176
Equalitas in iudicijs an debeat seruari inter actorem & reum. cle. 1. nu.
me. 3. de testi. 68
Non refert quid ex equipollentibus fiat. cle. vnica. §. quia ergo. nu. 13. de
iureiuran. 77
Equalitas debet obseruari ab autore iuris. cle. dudum. §. nos etenim. nu.
1. de sepul. 136
Equitas rigori venit praefenda. cle. plures. nu. 10. de iurepa. 162
Equitas an praeferatur rigori. cle. 1. nu. 28. de iudicijs. 48
Eremita, s. leprosarum, & alij praesidentes pjs locis, an dicantur gaudere
priuilegio clericali. cle. per literas. nu. 50. de preben. & digni. 108
Eremita an debeat gaudere priuilegio clericali. cle. per literas. nu. 42.
de preben. & digni. 108
Eremita gaudent priuilegijs. cle. dudum. de sepul. ex prorogacione cle-
ricis quinti. cle. ea. §. nos etenim. nu. 17. eo. tit. 137
Eremitarum ordo non est approbatus per ecclesiam, eremita tamen ipsi
gaudent priuilegio clericali. cle. cum ex eo. nu. 35. de sen. exco. 233
Error commissus, ut quia Indictio non concordat cum annis Domini, an
vitiat instrumentum. in proemio. §. datum. nu. 20. 11
Error in omitendo bullarum, an possit probari testibus. cle. per literas.
nu. 36. de preben. & digni. 108
Eremiticus sine lege loqui. cle. offendentes. §. si qui vero. nu. 7. de sta-
tu mona. 155
Aestimatio, seu taxatio, aut solutio fienda secundum monetam alicuius
loci, intelligitur secundum monetam vsualem, aut cursalem.
cle. si beneficiorum. nu. 16. de decimis. 141
Eius panis & vini magis nocet corpori, quam eius panis & aque. cle.
1. nu. 40. de hereti. 187
Et, copulatiua ponitur inter diuersa. in proemio. §. quoniam. nume-
ro. 12. 5
Aetas scientia, & mors, in beneficialibus, an requirantur actu. cle.
1. nu. 55. de eta. & quali. ordi. 33
Aetas pupillaris est tenera, quare iura sapientium illa non potest tra-
dere cle. eos qui. nu. 5. de regu. 145
Aetas. xx. annorum dicitur legitima etas quo ad impetrandam a Prin-
cipate veniam. cle. 1. §. ceterum. nu. 16. de sta. mo. 152
Aetatis inchoatio descripta in cle. generalem. de eta. & quali. sufficit,
& non requiritur perfectio. vide ea. cle. nu. 19. eo. tit. 35
Etiam, dictio implicatiua est. clem. vnica. §. eisdem. num. 1. de foro
compe. 52

Et si, dictio exponi potest pro Quamuis. cle. & si principalis. nu. 1. de re-
scriptis. 13
Euangelium erat patefendum in locis publicis, & priuatis. cle. 1. nu.
4. de baptismo. 174
Eucharistia unde dicatur. cle. 1. nu. 11. de priuile. 108
Eucharistiae sacramentum praestandum est damnato. cle. 1. nu. 23. de pe-
ni. & remis. 222
Eucharistiae sacramentum licite administratur damnatis ad mortem, sed
executio debet differri illi die, si tamen non differatur, non refert. cle.
1. nu. 28. de peniten. & re. 223
Eucharistiae sacramentum est cibus animae & non corporis. ibi. nu. 29
Eucharistiae sacramentum non est concedendum statim morituro non pra-
cedentibus signis contritionis. ibidem nu. 39
Eucharistiae assumptio quantumcunque deuota, non liberat condemnatum
a pena imposita per iudicem praetextu criminis. ibidem nu. 31
Eucharistiae sacramentum est maius sacramentum quocunque alio. ibi.
num. 33
Euentus litis dubius est. cle. dispendiosam. nu. 18. de iudicijs. 49
Ex, denotat causam propinquam immediatam. cle. 1. nu. 32. de eta. &
quali. ordi. 33
Ex, dictio denotat causam propinquam. cle. pastoralis. §. sane. nu. 10. de
sen. & re iudi. 86
Exactores laici a personis Ecclesiasticis exactores aliquas, incurrunt
excommunicationem monitione praemissa, & bannuntur ex dispo-
sitione legali. cle. vnica. nu. 27. de immu. ecclie. 178
Exactores laici a personis ecclesiasticis si moniti etiam per Imperatorem,
non desisterint a praedictis exactiōibus, excommunicationis penam
incurrunt. ibidem nu. 28
Exactores laici a personis ecclesiasticis, vt incurrant excoicationem, debent
admoneri trina admonitione, aut vnica & peremptoria. ibi. num. 29
Exactores laici a personis ecclesiasticis qua pena debent puniri. cle. vni-
ca. nu. 22. de immu. ecclie. 178
Exactorem a clericis maxima est audacia & temeritas. cle. praesenti. nu.
23. de censu. 168
Examinatum per viam agendi & repulsum sententialiter, an valeat
examinari amplius per viam excipiendi: & quid si primo summario &
postea examine plenarie. cle. cu a repulsione. nu. 58. de appell. 101
Examinatum per viam excipiendi et repulsum, si ab illa sententia non
fuerit appellatum, an via excipiendi valeat amplius examinari. ibi.
num. 59
Examinatio personae requirit discussionem & inquisitionem fiendam super
uita, & moribus. cle. vnica. §. nos itaq; nu. 34. de iureiuran. 75
Exceptio spoliationis cum sit dilatoria, debet proponi ante litem con-
testatam super petitorio. cle. vnica. numero. 66. de causa pos. & pro-
prie. 56
Exceptio spoliationis an possit per modum mutuae petitionis proponi post
litem contestatam super petitorio. ibidem nu. 67
Exceptio, Dolo petis, quod de proximo restitutus es: an habeat locum
contra petentem restitutionem spoliationis. cle. vnica. nu. 65. de causa
pos. & proprie. 55
Exceptio exceptionis an sit danda. cle. constitutionem. §. in super. nu. 25
de elec. 25
Exceptio contra electum, contra personas eligentium, formamve electio-
nis Papae, aut actus illius, non admittitur. cle. ne Romani. §. ceterum
nu. 9. de elec. 19
Excipiens non tantum consideratur quantum consideratur quod excipi-
tur. cle. 1. nu. 20. de test. 98
Exceptio dilatoria an possit post terminum opponi. cle. constitutionem §.
ceterum. nu. 43. de elec. 24
Exceptio peremptoria an possit probari post terminum, & post renun-
tiationem & conclusionem factam, licet denuo peruenerit ad notitiam
opponentis. ibidem nu. 44
